Pax tecum. Cui ille respondet. Et cum spiritu tuo. Et quilibet illorum dat sequenti sui ordinis secum ordinato: et ille alteri: et sic vsque ad vltimum continuatur. Si autem ordinatorū paruus sit numerus: pontifex poterit dare pacem singulis. Postq vero pontifex se cōmunicauerit: et totum sanguinem sumpserit: priusq digitos abluat: accedunt ante altare omnes ad sacros ordines promoti. Primo presbyteri: deinde diaconi: tandem subdiaconi: quibus ordinate dispositis et genuflexis: pōtifex ad eos se conuertit: et singuli ex diaconis et subdiaconis dicunt submissa voce.

Confiteor deo omnipotenti etc. Et pontifex stans capite detecto versus ad eos dicit intelligibili voce.

Misereatur vestri omnipotens deus: et dimissis omnibus peccatis vestris: perducat vos ad vitam eternam. ℞. Amē.

Indulgentiam absolutionē et remissionem peccatorum vestrorum: tribuat vobis omnipotens et misericors dominus.

Pōtifex dicto offertorio sedet cū mitra añ mediū altaris: et accipit offertorium ab ordinatis.

Presbyteri noui hinc inde añ altare gēuflectātes habeant missalia añ se et oia legāt cū epo.

Eps morose dicat secretas et aliquātulum alte vt ordinati possint cum eo dicere.

Eps p ex singulis ordinatis cuiuslibet ordinis ad eū accedenti et prius altare ad dexterā pontificis osculāti dat pacē dicēs. Pax tecum.

Accepta pace ab epo quilibet dat pacē sequēti sui ordinis secū ordinato.

Eps sumpto sāguine cōuocat oēs ordinatos icipiēdo a sacerdotib9.

℟. Amen. Et manu dextra signũ crucis super eos cõmuniter producit: tum accedunt ad supremũ gradum altaris bini ꝛ bini: pontifex vero ponit plures hostias consecratas super patenam: quã ori cuiuslibet cõmunicandi supponit: ꝛ singulos communicat: cuilibet dicens.


Corpus domini nostri iesu christi custodiat te: ꝛ perducat in vitam eternaꝫ. Quilibet respondet Amen. ꝛ priusq̃ cõmunionem sumit: manum pontificis hostiam tenentem osculat᷑. Unus ministrorum põtificis stat iuxta cornu epistole altaris caliceꝫ habens: non illum cum quo pontifex celebrauit: sed alium cũ vino: ꝛ mappulam mundam in manibus: ad quem singuli communicati accedunt: ꝛ se purificant: os extergunt: ꝛ ad partem se locant. Omnibus cõmunicatis Pontifex extergit patenam super calicẽ suum: ꝛ super eum digitos abluit: sumit ablutionem: accipit mitrã: ꝛ lauat manus. Presbyteri ante communionem non dicunt confessionem: neqꝫ datur eis absolutio: quia concelebrant pontifici: propterea si nõ sũt alij ordinati: ꝯfessio ꝛ absolutio predicte omittuntur: ꝛ alia obseruãtur modo premisso. Pontifex lotis manibus mitra deposita stans in cornu epistole altaris versus ad illud inchoat in cantu: schola prosequente ℟ium.

Unus ministrorum epi tenet calicem cũ vino et aq̃ ad cornu ep[istol]e et omnes q cõicauerũt purificantur ex eo.

Epo lotis manib⁹ mitra deposita stans i cornu eple versus ad altare icipit schola psequenté ℟. Iã nõ dicã.

Iam non dicã vos seruos sed amicos meos: quia omnia cognouistis: q̃ operat⁹ sum in medio vestri: alleluia. Joã. xv.

Accipite spirituꝫ sanctũ in vobis paraclitum. Ille est quẽ pater mittet vobis. Alleluia. ℣. Uos amici mei estis si feceritis que ego precipio vobis. Joã. xv.





Incepto ℟. pōtifex ac/cepta mitra v̄tit se ad or/dinatos an̄ altare corā ipo stātes: ⁊ simul di/cūt Credo.

Incepto responsorio: pōtifex ac/
cepta mitra vertit se ad ordina/
tos: qui ante altare corā ipso stan
tes simul profitentur fidem: quā
predicaturi sunt dicentes.

Symboluz aplorum.

Credo in deum patrē oipo/
tentem creatorem celi ⁊ ter
re. Et in iesum xp̄m filiū eius vni
cum dominū nostrū. Qui conce/
ptus est de spiritu sancto: natus
ex maria virgine. Passus sub pō
tio pilato: crucifixus: mortuus: ⁊
sepultus. Descendit ad inferos.
Tertia die resurrexit a mortuis.
Ascēdit ad celos: sedet ad dexterā
dei patris oipotētis. Inde vētu/
ruz est iudicare viuos ⁊ mortuos.
Credo in spiritum sanctū. San
ctā ecclesiā catholicā. Sanctoruz
cōmunionē: remissionē peccato/
rū. Carnis resurrectionē. Et vitā
eternā. Amen. Quo finito ponti
fex cū mitra sedens supra faldisto
riū ante mediuz altaris imponit
ambas manus super capita sin/
gulorum: coram eo genuflecten/
tium: dicens cuilibet.

Finito sim/bolo epūs se/det cum mi/tra an̄ me⁹ altaris: ⁊ i/ponit am/bas manus sup capita singulorū: di/cēs. Accipe spm̄ sctm̄.

Accipe spiritum sanctū: quo
rum remiseris peccata re/
mittuntur eis: ⁊ quorum retinue
ris retenta sunt. Deinde explicās
casulam: quaz vnusquisqz habet
super humeros complicatam: in
duit illa quēlibet: singulis dicēs.

Epūs sedēs cū mitra ex/plicat casu/lā plicatā ⁊ īduit quēli/bet

Stola innocentie induat te
dominus. Et mox vnusqs/
qz iterum ad pontificem: si suus
est diocesanus: seu ordinari⁹: ac/
cedit: ⁊ genuflexus ponit manus
suas iunctas inter manus ponti
ficis dicentis cuilibet.

Ordīes p̄sbyteri ordinati gēuflexi po/nūt man⁹ su/as iūctas i/ter manus epi ⁊ p̄mit/tunt obediē/tiam.

Promittis mihi ⁊ successori/
bus meis reuerētiā ⁊ obedi
entiaz? Et ille rn̄det. Promitto.
Si vero pōtifex nō est suus ordi/
narius: dicit singulis: cū man⁹ eo
rum inter suas tenet vt prefert.

Promittis pontifici ordina/
rio tuo pro tempore existen
ti reuerentiam ⁊ obedientiam?
Ille respondet. Promitto. Tūc
pontifex tenens manus illius in/
ter suas osculatur vnumquemqz
dicens. Pax domini sit semper
tecum. Et ille respondet. Amen.

Facta p̄fes/sione ponti/fex dat sin/gulis pacez dicēs. Pax dn̄i ⁊c̄.

His expletis: ⁊ omnibus ad or/
dinem suum reuersis: pontifex se
dens cum mitra dicit ad eos.

Pōtifex sa/cerdotes ad ordinē suuz reuersos se/dēs cū mi/tra alloqui/tur.

Quia res quam tractaturi e/
stis satis periculosa est fra/
tres carissimi: moneo vos diligē
ter: vt honeste totius misse ordi
nem: ⁊ hostie consecrationem: ⁊
fractionem: atqz cōmunionem:
ab alijs iam doctis sacerdotibus
discatis: priusq̄ȝ ad celebranduz
missam accedatis. Post hec pōti
fex deposita mitra surgit: ⁊ amo/
to faldistorio conuertitur ad al/
tare. ⁊ cantatur Cōmunio. Et di/

Pōtifex mi/tra deposi/ta p̄sequit missam.

citur hec post communio pro or
dinatis sub vno Per dñz cū post
cōione misse dici. Post cōio.

Quos tuis domine reficis sa
cramentis: continuis attol
le benignus auxilijs: vt tue redē
ptionis effectū & mysterijs capia
mus & morib⁹. Per dominū &c.
Deinde dicitur. Benedicamus
domino vel Ite missa ē. Prout
tempus requirit: & per pontificē.
Placeat tibi sancta &c. Quo di
cto Pontifex accepta mitra & ba
culo pastorali vertit se ad ordina
tos: & hortaṫ eos cōmuniter ad
bñviuendū: quodqz diligenter
considerent qualē ordinez susce
perunt: & q̄ orent pro eo & alijs
q̄s voluerit. Iniūgens eis missas
& alia q̄ viderit expedire: qđ si pla
cet facere poterit sub his verbis.

Pōtifex di/cta oīone. Placeat: cū mitra & ba/culo pasto/li ꝟsus ad ordinatos i/struit: q̄liter ordinez su/sceptum ex/eq debeāt.

Fratres carissimi: diligenter
considerate ordinē per vos
susceptum: ac onus humeris ve
stris impositum: studete sancte &
religiose viuere: omnipotēti deo
placere: vt gratiam suam possitis
acquirere: quam ipse vobis per
suam misericordiam concedere
dignetur. Singuli ad primam tō
suram: vel ad quatuor minores
ordines promoti dicite semel se
ptem psalmos penitentiales cum
letanijs versiculis & orationib⁹.
Ad subdiaconatuz vel, Diacona
tum: nocturnum talis diei. Ad p̄
sbyteratū vero ordinati: post pri
mam suam missam: in tribus im
mediate tunc sequentibus dieb⁹
tres alias missas videlz. Unaz de
spū scō. Aliā de btā maria semp v.
gine. Tertiā p fidelib⁹ defunctis
dicite: & omnipotentem deuz eti
am pro me orate. Quod illi deuo
te suscipiunt: & respondent se fa
cturos. Postremo benedicit eis
genuflectentibus versus ad illos
dicens voce competenti.

Epō singu/lis ordina/tis ipōit pe/nitētiā dicē/dam.

Epō bñdi/cit ordina/tis genflexis añ eū.

Benedictio dei oīpotētis pa
✠ tris & fi ✠ lij & spirit⁹ ✠
sancti: descēdat sup vos: vt sitis
benedicti in ordine sacerdotali:
& offeratis placabiles hostias pro
peccatis: atqz offensionibus po
puli omnipotēti deo: cui est ho
nor & gloria in secula seculoꝝ. ℟.
Amē. Tum pōtifex ꝯuertit se ad
altare: & dicit submissa voce. Do
minus vobiscū Initiū sancti euā
gelij s̄ꝫ ioannē. In principio &c.
signat altare & se: & reuertitur ad
faldistoriū: vbi exuiṫ sacris vesti
bus. Ordinati etiā ad p̄sbyteratū
dicūt idē euāgeliū: & in locis con
uenientibus sacras vestes depo
nūt: & cū eis alij ordinati. Si vero
pōtifex nō ordinauit aliquem ad
p̄sbyteratū: dicto p eū. Placeat:
accepta mitra dat bñdictionē so
litā dicēs: Sit nomē &c. Tūc amo
net ordiatos vt s̄ dictū ē: omittēs
ptē p̄brōs ꝯcernētē: tū cōuersus
ad altare dicͭ Dñs vobis. & alia vt s̄

Epō dicit euāgelium scti ioānis.

¶ Ex pōtificali bibliothece apli
ce hec admonitio sequēs excepta
est: q̄ valde singularis ē. Cōpletis
ordinatiōib⁹ epō i sede sua residē
te: & oib⁹ ordiatꝭ añ eū gēuflexis:

antequã exuãt sacras vestes monet vnũquẽqꝫ sup ordine suscepto: icipiens ab his qui ad primã tõsurã fuerunt ordinati: ⁊ sic successiue omnes alios: de excellentia sacrorum ordinũ: ⁊ vita ordinandorum.

¶ Ad ordinatos ad p̄mã tõsurã.





Uia christianã militiam in baptismate professi estis: ⁊ arma spiritualia cõtra hostes inuisibiles per manus impositionẽ accepistis: in castris dñi tanq̃ꝫ gregarij milites aliquãdiu militastis: si tamen ea que inimica xp̄iano nomini sunt respuistis: ⁊ que conueniunt facere statuistis: de christiana militia que vobis cum ceteris fidelibus ꝯueniens erat dedicationem accepistis ⁊ elegistis: idest mũdo renũtiare: ⁊ cuꝫ habitu humilitatis promittere affectũ humanitatis: vt illud psalmiste merito dicere possimus. Elegi abiectus esse in p̄s.lxxxiij. domo dei: magis q̃ꝫ habitare in tabernaculis peccatorum. Non est nostrum primũ locuꝫ querere in mẽsa dñi dei nostri: nisi ille q̄ nos inuitauit dicat alicui nostrũ. Amice ascẽde superius: vt sit tibi honor coraꝫ discũbentibus. luce.xiiij. Nemo enim debet ad hoc fieri clericus vt seruiat voluptati: studeat curiositati: inhiet ambitioni: nec aliud querat nisi vt dñi hereditatẽ possideat: queꝫ elegit ⁊ a quo electus est: qñ in clericũ assũptus est. Hoc enim in greco nomẽ clerici sonat q̄ de sorte est dñi. Bene dicit̄ in psalmo in p̄sona clerici: Dñs pars hereditatis mee. Et p̄s.xv. alibi: hec est generatio querentium dñm: p̄s.xxiij. querentiũ faciem dei iacob. Q̄ autẽ dominꝰ sortitus est p̄s.xiiij. ipsum clericũ: in ipsius tõsione dicitur: ⁊ in superiori psalmo in persona dñi. Funes ceciderũt mihi p̄s.xv. in p̄claris: etenim hereditas mea p̄clara est mihi. Unde qui per clericatus officiũ aliud querit q̃ꝫ dominũ: nec a dño est electꝰ: nec ipse elegit dñꝫ: qui in sorte sua creaturam creatori preponit. Hoc dicẽtes non interdicimus vobis vite necessaria: sed de oblationibꝰ vel de opere manuũ vel de alijs innocentibus artibus conquisita: nõ de vsuris: non de turpibus lucris: non de negotiationibus vel de alijs illicitis artibus complicata. Sic enim tribus leui: que in figura clericalis ordinis precessit: partem non habuit iter reliquas Numeri xviij. tribus: sed viuebat de primitijs decimis ⁊ oblationibus: quas offerebant. Sic ergo ⁊ vos de stipendio templi viuere disponatis: extra deum nihil querentes. Q̄ si

eo cōtēti fueritis: erit vobis amplissimū ꝛ vberrimū ꝑdiū: ꝛ salubriter ad clericatū accessistis: q2 vita vestra ꝯcordat cū noīe: ꝛ ꝓfessio apparet in ope. Alioqn si paupertatē ꝛ humilitatē proferentis habitu corporis ꝛ figura capitis: in corde aūt nō habeatis: timeo ne cū hypocritis sit pars vestra: ꝛ ab eterna mercede sit vacua: qa non vt clerici sed vt acephali in clericali militia sola lucra q̄ritis tpalia. Ad hoc capillos in modū corone in sūmitate capitis raditis: vt regnum spirituale: quo ceteris ꝓminetis: tali figura ostēdatis: vt cure mortalis illecebras frequēter deponētes quasi capillos a capite abradatis. Residui autem capilli ordinate ꝑcidi debent: vt oculos ꝛ aures ꝛ alios sensus capitis liberos reddant: ꝛ curā exterioꝝ non superfluis desiderijs carnis sed in necessarijs tantū exercēdā cognoscatis. Si ergo ad ambulādū i via dei sicut pretaxatū est affecti fueritis: digni estis vocari clerici: ꝛ ad maiora officia militie clericalis ꝓmoueri meremini. Hec officia septē gradib⁹ sunt distincta: quibus sancta ecclia septiformis gratie munere est decorata. Hec officia dn̄s noster iesus christus in propria ꝑsona ostēdit: ꝛ ecclesie sue exhibēda mōstrauit: vt fama que precessit in capite representaretur in corpore.

Mat. xxiiii

Admonitio hostiariorum.

In his septē gradibus primus est hostiarioꝝ: qui possint discernere inter dignos ꝛ idignos: ꝛ admittere in ecclia quos sciūt esse dignos: ꝛ repellere quos nouerint indignos. Istis etiā cura est introitus ecclesie seruare: ꝛ res puigili cura custodire. Unde ꝛ eis cum ordinant̄ claues ecclesie ab ep̄o traduntur: ꝛ dicit̄ eis. Sic agite: quasi rationē deo reddituri de rebus que his clauibus recludunt̄. Hoc officiū dn̄s noster iesus xp̄s indicauit nobis quādo flagello de funiculis facto ementes ꝛ vendentes eiecit de tēplo: significās q̄ omnis negotiatio rerū eccliasticaꝝ ab ecclia pellenda sit. Unde ipse hostiarius pretaxatus dixit. Ego sum hostiū. Per me siqs itroierit saluabit̄: ingredie̅t̄: ꝛ egredie̅t̄: ꝛ pascua iueniet. Quod est. Qui canonice administrationē eccliastice rei accepit: ingredie̅t̄ idest a me recipietur: ꝛ egredie̅t̄ idest peracta dispēsatione sibi credita a seruitute huius corruptionis liberabitur.

Jo. ii.

Jo. x.

Admonitio lectorum.

Unde prouehit̄ ad officium lectoꝝ: vt iā ex traditione ecclie legat in ea ꝓphetias ꝛ lectiones aplicas. Unde eis vidēte populo tradit̄ codex diuinarū scripturarum scilicet lectionum: ꝛ dicit̄ eis. Accipite ꝛ estote verbi dei relatores: habituri (si officiū vestrū impleuerit3) partē cū his qui bn̄ ministrauerūt. Hi qdē qui ad hūc

gradū proueħif:scia litterarū debet esse istruct⁹:vt sensū eorū que legit itelligat:vim accētuū sciat: distincte legat:ne ꝯfusione pnūtiationis itellectū auditorib⁹ auferat:qa ꝛ hec male seruata itellectū pturbāt:ꝛ grāmaticorū typuz ad risum prouocāt. Auribus eniz ꝛ cordi consulere debet lector. Hoc officiū dn̄s noster in ppria
Luce.iiij. psona ostēdit:quādo in medio seniorū librū ysaie pphete apuit:ꝛ distincte ad intellectū in eo legit Spūs dn̄i sup me:ꝛ q̄ in eodez capitulo sequunf:vt hoc exēplo cognoscat:lector quia spirituali gratia debet clarere:ꝛ sic auditorib⁹ verbum dei predicare.

Admonitio exhorcistarum.

Tertio loco sequif exorcistarū ordo:qui sup cathecuminos faciūt sacramētū aptionis:ꝛ habēt iperiū spūale sup imūdos spūs abijciēdos de obsessis corporib⁹. Debet autē habere spūz mūdū qui spiritibus iperat imūdis:vt cōcordet vita cū officio:vt malignū quē per acceptū officiū expellit de corde alieno:per mūditiaz vite expellat de corde suo: ne medicia quā alijs facit sibi nō prosit:vt dicaf ei. Medice cura te
Luce.iiij. ipsū:si per imūditiā ꝯscie:spūz immūduz retinet. Hoc officio vsus est dn̄s:qn̄ manu sua tetigit aures
Marci.vij. surdi ꝛ muti:ꝛ dixit. Effeta. Qđ ē Adaperire: Quo exēplo docuit nos sacrꝫ:scilꝫ apire debere aures precordiorū ad intelligendū:ꝛ os ad ꝯfitendum. Quod cuz fit:verus possessor recipit vas suum.

Admonitio accolitorū.

Quarto loco succedūt accoliti qui latine dicūtur ceroferarij: qꝛ accensos cereos deferūt dū legitur euangeliū:vel dū offertur sacrificiū:non vt tenebras huius aeris illuminēt:sed ob hoc vt sicut illud visibile lumē gestāt manibus ita opa lucis proximis ostēdant:ꝛ more lucis errantibus ac tenebras palpantibus ducatum prebeant. Hoc officiū dn̄s in euāgelio in se testaf:dicens. Ego suz lux mundi. Qui sequitur me: nō Joā.viij.
ambulat in tenebris. Et hi cū ordinanf postq̄ edocti fuerint ab epo qualiter in suo officio agere debeant:accipiūt candelabrū cū cereo:vt sciant se ad accendenda luminaria mancipari. Accipiūt ꝛ vrceū vacuū ad effundēdā aquā in calicem quo cōsecratur xp̄i sanguis:vt sit cōmemoratio sanguinis xp̄i de latere pfluētis ꝛ aque Joā.xix.
inde procedētis:que duo iam in calice cōmiscentur:qꝛ christi sanguine redēpti sumus:ꝛ aqua baptismatis a peccatis abluti.

Admonitio subdiaconorum.

Quinto loco ordinanf subdiaconi:q ad ministerū altaris appropinquāt:qꝛ vasa corpis ꝛ sanguinis xp̄i portāt. Vn̄ lex ꝯtinētie eis iponif:q̄tenus ipleāt illud ppheticū. Mūdamini:q fertis vasa domini:idest:vt seipsos ysa.lij.
exhibeant vasa in honorez nō in

contumeliā: ⁊ vasa illa quibus mi nistrā corpus dñi ad altare deferant ad gloriam dñi: scilicet vt fugiant omnē corporis imūditiam. Isti ministrant in officijs leuitarū: ⁊ in templo dñi oblatiōes suscipiunt a populis. Ad istorum prouisionē ptinet tantū de oblationib⁹ ponere in altari: q̄ʒtū sufficere possit populo dei. Ad hoc quoqʒ officiū ptinet corporales pallas abluere: substractoria lauare: ⁊ aquā in baptisteriū ponere. Hi cū ordinant accipiant patenam ⁊ calicem vacuū de manu epi: de manu vero archidiaconi accipiunt vrceolum cū aqua: manile: ⁊ manutergiū: quibus mundare debent sacerdotes manus ⁊ leuite tractaturi dñica sacramenta. Hoc officio vsus est dñs: qn̄ facta cena cū discipulis linteo se precinxit: ⁊ mittens aquā in peluim pedes discipulorū lauit ⁊ linteo extersit. Una est significatio lintei ⁊ manutergij: que d lino fiūt: ⁊ multis curationibus ⁊ ablutionibus ad candorē pueniūt. Ergo pedes puluere fedati prius aqua lauant: deinde linteo extergunt. Sic etiaʒ cū psalmista dicimus lauabo per singulas noctes idest per singulas offensiones lectum meū: idest conscientiā meā regulariter in qua sanus quiesco: eger laboro ⁊ cū apostolo castigo corpus meum: ⁊ in seruitutē redigo. Eodē modo ministri manus lauant ⁊ tergunt: ⁊ omnē terrenaʒ

Joā. xiij. · Ps. vj. · j. cor. ix.

cōcupiscētiā de opibus suis excutiunt. ¶ Admonitio diaconorū.

Sexto loco ordinant diaconi nō sine aliquo senarij numeri misterio: quo ppter sui perfectionem signatur operuʒ perfectio. Hic ordo in veteri testamēto a tribu leui habuit exordium. (Nume. iij.) Precepit eniʒ dñs moysi: vt post ordinationeʒ aaron ⁊ filiorū eius tribus leui ad dei cultū ordinaretur: ⁊ cōsecrarent dño: vt seruiret in tabernaculo dei coram aaron ⁊ filijs eius. Ipsi quoqʒ gestarēt archaʒ ⁊ tabernaculuʒ ⁊ oīa vasa (Deut. x.) eius: ⁊ in circuitu tabernaculi ipsi castra constituerent: ⁊ in trāsportādo tabernaculo ipsi gressus cōponerent. A vigintiqnqʒ aūt annis ⁊ supra: iussi sūt suire in tabernaculo. (Nume. viij.) Quā regulā scti patres in nouo testamēto cōstituerūt: qm̄ hec etas ad portandū onera robusta est. Qd illi ordini a moyse institutū est: hoc etiā in nouo testamento representat cū diaconibus super sinistrū humerū stolla ponit: ⁊ casula in diebus ieiunij sup eundē humeruʒ cōplicatur: quia quicquid laboris ⁊ substinētie in hac vita tolleramus: tanq̄ʒ in sinistra portam⁹: donec in dextera idest in eternitate requiē habeamus. Hic ordo in nouo testamento ab aplis exordiū sumpsit: (Actu. vj.) quando (sicut in actibus aplorū legit) septē viros boni testimonij plenos spū scō ad hoc offm̄ elegerūt: ⁊ orōne pmissa manus eis im

posuerũt. Et inde apl'i ⁊ eoꝝ suc-
cessores decreuerunt: vt in omni
matrice eccl'ia septem diaconi cir
ca ará xp̄i sublimiori gradu tanq̄
colũne altarꝫ existerét: nó sine ali
quo septenarij misterio: i q̊ signi
ficát vt septiformis spũs gr̄a ꝑful-
gétes: scti sint corpe ⁊ spũ. Hic nu
mer⁹ ꝯstat ex q̄ternario ⁊ terna-
rio: q̄ternari⁹ referť ad corp⁹ ꝓpť
q̄tuor elemétoꝝ ꝯsoná i corpe cõ
plexioné: ternari⁹ vero ad aiaꝫ ꝓ
pter triplicé aíe v̄tuté: ꝓpter quá
iubemur deũ tripliciter diligere
idest toto corde: qd̄ referť ad vo
lũtaté: tota méte qd̄ referť ad me
moriá: tota itétióe: qd̄ ad itelligé
Apoc.viij. tiá referť. Hi sũt septé angeli: q̄s
legim⁹ i apocalipsi tuba canétes:
Apoc.j. angeli q̄ nũtij: tuba canétes: q̄
alta misteria de iterna ispiratióe
foris resonátes sũt. Hi sũt septez
cádelabra aurea: idest lucé euáge
lij in manib⁹ idest operib⁹ ꝓferé
tia: ⁊ ad oém ignis idest tribula-
tionis examinationé ꝓbata. Hi
quoqꝫ sũt septé tonitrua: bestia-
Apoc.x. les mẽtes terribili cõminatione
vel quodá tonitruo mouẽtia. Ta
le tonitruũ emittebat ioánes: cũ
Luce.iij. dicebat. Genimina vipaꝝ ⁊c̄. Et
dñs in euágelio. Ois arbor que
Math.iij. nó facit fructũ bonũ excideť: ⁊ in
igné mitteť. In hũc modũ ꝓpte-
rea isti in moduꝫ ꝓconis manife-
ste admonét cũctos ad oráduꝫ: ⁊
genuflectendũ. Isti euágelizant:
isti sacramenta dispensát. Sacer-
dotib⁹ nó licet calicé dñi in mésa
attollere: nisi tradit⁹ fuerit a dia-
cono. Leuite hostias sup altare
ponebát: isti alta misterioꝝ ape-
riũt. Illi vestib⁹ albis iduti altari
insistebát. Qua re significabať q̄
ministri dei mũditiá corpis quá ꝓ
ferũt i vestib⁹ cádoris: debét ha
bere i méte i mũditia cordis. Ta-
les eniꝫ decet deũ hére ministros:
q̄ nullo carnis ꝯtamineť cõtagio
sed plena métis ⁊ corpis castitate
ꝓfulgeát. Quales eniꝫ diaconi or
dinádi sint: apl's plenissime docet
ad thimotheũ scribés. Ná cũ de j.thi.iij.
sacerdotibus ꝑmisisset: subiũxit.
Dyacones simil'r oportet irrep̄hé
sibiles esse: idest sine crimine: sicut
ep̄os pudicos: idest a libidine ꝯti
nétes: nó multo vino deditos: q̄
vbi ebrietas ibi libido dñať: ⁊ fu-
ror. Nó turpe lucrũ sectátes: ne d̄
spũali ministerio terrena lucra se
cteť. Post hec subiecit. Hi aũt ꝓ
mũ ꝓbeť: ⁊ sic ministrét nullũ cri
mé hñtes. Hi igiť sic ep̄i añ admis
sioné examinari debét: ⁊ si digni
iuéti fuerint: ad sacrũ ministeriũ
sũt applicádi. Hoc offõ vsus est Mat.xxv.
dñs: qñ post cená ꝓ̄ho ore ⁊ ꝓprijs
manib⁹ sacra ꝯfecta dispésauit: ⁊ Joã.xiij.
qñ apl'os dormiétes ad oroné iui
tauit dicés. Vigilate: vt nó itretis Mat.xxvj.
i téptationé. Hi cũ ordináť solus
ep̄s manũ eis ipóit: q̄ ad misteriũ
nó ad sacerdotiũ applicanť. Po
niť eis orariũ sup sinistrũ humeꝝ:
vt p hoc se cog̃scát accepisse iugũ
dñi: quo oía que ad sinistrá idest
ad p̃ñté vitá ptinét ꝑmát: ⁊ iugo

dñi subiciant. Accipiũt ⁊ textum euangelioꝝ de manu epi: per qđ se itelligãt debere esse pcones euã gelij. ¶ Admonitio pſbyteroꝝ.

Presbyteroꝝ ordo a filijs aaron sumpsit exordiũ: qui cũ epis in multis cõmune habẽt offitiũ. Et qui nũc pſbyter vocat: tunc sacerdos: ⁊ qui nũc pontifices: tũc dicebant sacerdotũ principes. Distat aũt hoc tãtum inter pontifices ⁊ huius tpis sacerdotes: ꝙ solis põtificibus data est clericoꝝ ordinatio: basilicaꝝ dedicatio: sacri chrismatis consecratio ⁊ chrismatio: manus impositio: ⁊ solẽnis super populum benedictio: cum in alijs sacramentis cathetizandi baptizandi missam celebrandi: in ecclia ad pplꝫ verba faciẽdi: cõmunis sit vtriusqꝫ dispẽsatio. Sed sũmis sacerdotibus idest epis tantũ ea que pretaxauimus reseruant: ne eadẽ potestatis auctoritas ab omnibꝰ vẽdicata vilesceret: ⁊ soluto obediẽtie vinculo scãdalum generaret. Qui autẽ grece dicunt pſbyteri: latine dicunt seniores: nõ tã etate ꝙ̃ prudẽtia: ⁊ animoꝝ maturitate. Unde dicit in libro sapientie. Cani sũt sensus hoĩs: ⁊ senectus eius vita imaculata. Presbyteri qppe successores ⁊ vicarij septuaginta discipuloꝝ sũt: qui precedebãt dñm in omnẽ ciuitatẽ ⁊ locũ in quo erat ipse vẽturus. Ita pſbyteri qui adiutores sunt episcopoꝝ rudes pplos instruũt: baptizãdo vnitati ecclie icorporãt: ⁊ oĩa sacramẽta vsqꝫ ad manꝰ impositionem pplo dei ministrant. Epi vero vice aploꝝ sunt: qui ex necessitate adiutoriũ ⁊ supplemẽtũ sui officij: quo facilius plebes inumeras regere possint ministeriũ sibi expetunt sacerdotum. Sicut moyses in heremo septuaginta viros prudentes: quoꝝ ꝯsilio ⁊ auxilio multitudinẽ ppli israel facile gubernauit. Siue autẽ sint maioris ordinis siue minoris sacerdotes: vicẽ christi sũmi sacerdotis vel pontificis gerũt: dum pplos delinquẽtes ad penitẽtiã vocant: ⁊ oroñũ suaꝝ medicamẽto sanãt. Unde apls dicit. Deus erat in xpo: mũdũ recõciliãs sibi: ⁊ posuit in nobis verba reconciliationis. Obsecramus ergo pro christo: recõciliamini deo. Fugũtur itaqꝫ officio vt dictum est mediatoris dei: dũ pro pplo deũ interpellãt: dũ penitẽtes absoluendo recõciliãt. Uñ oportet vt sicut mediator dei ⁊ hoĩuꝫ per hoc ꝙ fuit pticeps nr̃e mortalitatis mũdũ recõciliauit: ita vtriusqꝫ ordinis sacerdotes tãꝙ̃ boni mediatores: ⁊ pctõribꝰ cõpaciunt ppter ꝯsciẽtiã sue infirmitatis: ⁊ cũ deo pacẽ habẽt per eminẽtiã sctitatis. Mediator aũt (vt ait apls) vnius nõ est: q vtriqꝫ parti quã pacificare debet amicus nõ est. Nã q̃les debeãt esse pſbyteri: idẽ apls scribẽs: ait. Oportet enim epꝫ sine crimine esse. Per quã sentẽtiã ostẽ

Sapie. iiij. Luce. x. Exo. xxiiij. ij. cor. v. ij. the. ij. Gal. iij. Timo. j.

dit: p̄sbyteros sub epo℞ noīe ta/ xari. Uñ ad thimotheū de ordi/ natione epi ⁊ diaconi scribit de p̄ sbyteris vero tacuit: sub noīe epo rū eos intelligēs. Uñ in eccl'ia ta/ les p̄sbros ꝯstituēdos sicut epos: vt ad titū ipse apl's loquit̄ etiam canones testant̄. Hac istructio/ ne eruditi oēs sacris vestibus exu ti ad ꝓpria reuertunt̄.

j. ibi. iij.

¶ De consecratione electi in episcopum.



Uoniam eccl'ia℞ ca/ thedralium siue me tropolitana℞ ac pri archaliū ꝓuisiones: seu electionum ad il las ꝯfirmationes ad sedē aplicā hodie pleno iure ꝑtinēt: ⁊ ab ea/ dē: ecclesijs pastore viduatis: vel de nouo ꝓuidet̄: vel electiōes ab illis qbus ex priuilegio licet cano nice celebrate ꝯfirmantur. Ideo scrutiniū qđ serotinū appellat̄: ⁊ pridianā illā examinationē: que in antiquis pōtificalib⁹ libris ha bet̄: hic p̄termittendam esse cen/ suimus. Incōueniens quippe vi det̄ ⁊ oino absurdū: vt que a sū/ mo pōtifice: ac sacro senatu statu ta approbata atq; examiata sūt: a minoribus tribunalibus iterū examinēt̄. Proinde illis i hoc lo/ co vt supfluis dimissis: ad ipsius ꝯsecrationis modū: s'm ritū quē sacrosc̄ā Romana seruat eccl'ia: de ueniemus. Si pri⁹ explicauerim⁹ que ad ipsam ꝯsecrationē primo agēda: paranda: atq; ordināda sunt ¶ In primis aiaduertēdū:

Prouisiões oiu℞ eccl'ia℞ ptinēt ad a/ postolicā se/ dem.

q̄ nemo ꝯsecrari debet: nisi prius ꝯstet ꝯsecratori de cōmissione cō secrādi: siue per lr̄as aplicas: si sit extra curiā: siue per mandatum a camera aplica emanatū in ipsa cu ria: siue per cōmissionē viue vocis oraculo a sūmo pōtifice ꝯsecrato ri factā: si ꝯsecrator ipse sit cardi/ nalis: alioquin ei nō debet credi.

Nullus de/ bet cōsecra/ ri i epm: nisi cōstet ꝯsecra tori de com/ missiōe con secrandi.

Statuta die ꝯsecrationis: que de bet esse dñica vel festiua: si sūmus pōtifex hoc spāliter indulserit: tā ꝯsecrator q̄ electus ꝯsiteant̄: ⁊ cō ueniēs est vt p̄cedēti die ieiunēt.

Cōsecratio epi debet fie ri i dñica vel festiua die.

Consecra/ tor ⁊ ꝯsecrā d⁹ debēt die p̄cedēti ieiu nare.

Sūmo mane i eccl'ia vbi fiet ꝯse/ cratio: ornant̄ due capelle: maior pro ꝯsecrāte: ⁊ minor pro electo. Et in maiori quidē sup altari pa rato vt est moris: erit crux in me dio: ⁊ ad minus q̄tuor cādelabra. In terra ad gradus altaris erūt tapetes strati: super quibus pro sternēt se elect⁹ ⁊ ꝯsecrator: ⁊ alij genuflectēt. Poterunt ⁊ alia or/ namēta circūcirca adhiberi pro qualitate ⁊ facultate loci ⁊ p̄sona rū.

Parant̄ due capelle ma/ ior ⁊ minor cū suis req/ sitis.

Parat̄ etiā in loco ꝓpinquo ⁊ ꝯgruo credentia ꝓ ꝯsecratore: idest mēsa cōpetētis lōgitudinis: latitudinis: ⁊ altitudinis: sup quā erit mappa mūda. Duo candela bra. Uasa ad abluēdū manus: cū suis mātilib⁹. Urceolus cū aqua bñdicta: ⁊ aspsorio. Thuribulū cū nauicella cocleari ⁊ icēso: si of/ ficiū fit in cātu: alias nō: ampulle cū vino ⁊ aqua pro sacrificio. Ca lix: hostiaria cū hostijs pro credē tia: consecratore ⁊ electo: medul/

Parat̄ cre/ dētia cū va/ sis cōuenien tibus.

la panis pro abstergēdis manib⁹: Scūz chrisma: cū rebus suis opor tunis. ¶ Itē paramēta oia pōti ficalia tpi ⁊ offō misse ɔuenientia: videlʒ: sandalia: amict⁹: alba: cin gulū: crux pectoralis: stola: tuni cella: dalmatica: chyrothece: pla neta: mitra auriphrygiata: anul⁹ pōtificalis: baculus pastoralis: ⁊ manipulus. Ex his: si pōtifex para tur ꝓpe altare: ponunt̄ sup alta re amict⁹: alba: cingulū: manipu lus: crux: stola: tunicella: dalmati ca: planeta. Reliqua manent sup credētiā. ¶ Itē parat̄ faldistoriū ornatū ꝓ cōsecratore: ⁊ tria scabel la siue sedes ꝓ electo: ⁊ duob⁹ epis assistētibus: missale: ⁊ pōtificale. Cōsecrator habeat tres capella nos ad minus cū suppellicijs: ⁊ duos scutiferos ad credentiam. ¶ In capella vero minore ꝓ ele cto: q̄ a maiore debet esse distincta parat̄ altare cū cruce ⁊ duob⁹ cā delabris ad min⁹: ⁊ sup illud mis sale: ⁊ pōtificale: ac paramēta oia pōtificalia albi coloris: vt s̄ ꝓ cō secratore numerata sūt: ⁊ vltra il la: pluuiale albuʒ: ⁊ prope altare credētia cū mappa mūda: ⁊ vasis ad abluendū manus: ⁊ medulla panis ad fricandū ⁊ extergēduʒ manus ⁊ caput. ¶ Ponunt̄ etiā octo mappule facte ex duab⁹ can nis panni linei subtilis: per medi um scissis in lōgitudinē: q̄rū due sint lōgitudinis sex palmoꝝ que libet: alie vo sex equalis sint quā titatis. Et eādē le octo vnius libre

Parant̄ etiā paramē ta pōtifica lia omnia.

Parat̄ fal distoriū or natū ꝓ con secratore: et tria scabel la: missale ⁊ pōtificale.

In capella minori parā tur altar̄ pa ramēta ꝗ̄.

Que paran da sūt i cōse cratiōe epi.

q̄libet: quaꝝ q̄tuor sup altare cō secrantis: due sup eius credētiā: ⁊ due sup altare electi ponūtur. Annulus cū gēma bn̄dicendus ⁊ electo tradēdus. Pecten ebur neū. Et pro offertorio intorticia duo: q̄tuor librarū q̄libet: duo panes magni: ⁊ duo barilia vini optimi: panes ⁊ barilia ornentur cū auripello: duo videlʒ videant̄ argētea: ⁊ duo aurea: hinc ⁊ inde arma ɔsecratoris ⁊ electi haben tia. Sint etiaʒ in capella electi ali qua sedilia: ⁊ ornamenta ɔueniē tia. ¶ Adsint duo ad minus epi assistētes: qui induūtur suppelli cio si nō vtūtur rocheto: amictu: stola: pluuiali: ⁊ mitra simplici al ba: ⁊ q̄sq̄ʒ hēt suū pōtificale. Ho ra igit̄ cōpetēti ɔsecrator: elect⁹: assistētes epi: ⁊ alij q ɔsecrationi interesse debent: ad ecclīā ɔueni unt: ⁊ ɔsecrator facta orōne an te altare ascēdit ad faldistoriū in capella sua ad sinistrū cornu alta ris videlʒ eplē ꝑparatū: vt moris est. Ibiq̄ʒ ex more parat̄. Electus vero cū assistentibus epis vadit ad capellā suā: ⁊ ibi capit paramē ta oportuna: videlʒ si missa cāta tur: amictū: albā: cinguluʒ: mani pulū: stolā in modū sacerdotis: ⁊ pluuiale. Si vero officiū legitur poterit an̄q̄ʒ dicta paramēta acci pit: capere sandalia: ⁊ legere ps. Quā dilecta an̄. xvi. ⁊ orōnes cō suetas: assistētes etiā epi interim sua paramenta p̄dicta capiūt. Qui bus itaq̄ʒ paratis: ɔsecrator acce

Duo ad mi n⁹ epi assi stentes sint cū rocheto et pluuiali vel sup pel liceo ⁊ plu uiali si sit re ligiosus et mitra sim plici: ⁊ qui libet habe at suū pōtifi cale.

Cõsecrator accedit ad altare:⁊ se/ det i medio ei⁹ ꝟsis re/ nib⁹ altari: electus ꝟo medi⁹ inter assistẽtes e/ piscopos mi/ tratos cuꝫ suo bireto ⁊ pluuiali du/ cit añ cõse/ cratorẽ.

dit ante altare:⁊ ibi in medio se/ det super faldistoriũ vertens re/ nes altari. Electus vero cum suo bireto ducit̃ sic paratus medius inter assistentes sibi ep̃os para/ tos ⁊ mitratos:⁊ cũ ante conse/ cratorẽ puenerit nudato capite: illud profunde inclinando:ei re/ uerentiã facit. Assistẽtes vero ep̃i eidẽ cũ mitra caput aliquantulũ inclinant. Tuꝫ sedent in scabellis siue sedibus suis ante ↄsecratorẽ hoc modo. Electus contra facieꝫ consecratoris:ita vt inter eos sit competens distantia. A dextris electi sedet antiquior:⁊ a sinistris iunior ep̃i assistẽtes. Ita tñ ꝙ ipsi assistẽtes ad alterutrũ facies ver tãt. Cũ sic locati fuerint:⁊ aliquã/ tulũ quieuerint surgunt. Electus sine bireto: ⁊ assistentes ep̃i sine mitris:⁊ senior assistentium ver sus ad consecratorem dicit.

Ep̃s senior assistẽtiũ ꝟ/ sus ad cõse/ cratorẽ di/ cit. Reuen/ de pat̃ ⁊c̃.

REuerende pater: postulat sancta mater ecclĩa catholica: vt hũc p̃ñtez p̃sbr̃ꝫ ad onus ep̃atus subleuetis. Cõsecrator dicit. Ha betis mandatũ aplĩcum. Respõ/ det ep̃s senior assistẽtiuꝫ. Habe/ mus. Consecrator dicit. Legat̃.

Legit̃ man datũ aplĩ/ cũ de mãda to cõsecra/ toris.



TUm notarius ↄsecratoris accipiens mandatũ de ma/ nu ep̃i assistẽtis legit a principio ad finẽ. Interim sedẽt oẽs tectis capitib⁹. Mandato per notariũ plecto:cõsecrator dicit. Deo gra tias. Uel si consecratio fit vigore litteraꝝ aplĩcaꝝ:per quas etiã iu ramenti per electũ p̃standi rece/ ptio cõsecratori cõmittit̃:litteris ipsis lectis:anteꝙ̃ cõsecrator ali/ ud dicat:electus de scabello siue sede sua veniens coram consecra tore genuflectit:⁊ legit iuramen tum de verbo ad verbuꝫ iuxta te norem cõmissionis predicte pre/ standum:quo lecto.

Electus fa/ cit iuramẽ/ tuꝫ fidelita tis coraꝫ cõ secratore.



COnsecrator in gremio suo librũ euangeliorum amba bus manibus apertũ tenens:in/ feriore parte libri electo versa:ab eo prestationem huiusmodi iura menti recipit:electo adhuc coraꝫ eo genuflexo dicente. Sic me de us adiuuet:⁊ hec sancta dei euã/ gelia:⁊ ipsũ textũ euãgelioꝝ am/ bab⁹ manibus tangente:tũ non pri⁹. dicit cõsecrator. Deo grãs. Deinde omnibus in locis suis vt dictũ est sedentibus. Cõsecrator

Omnib⁹ se dentibus i locis suis ut pri⁹. cuꝫ mitris suis cõsecrator legit sequẽ/ tẽ examina tionẽ.

intelligibili voce legit sequentez examinationē carthaginēsis ɔcilij: que legi debet semper sicut iacet in singulari: etiam si plures simul examinētur. Assistētes vero epi submissa voce dicūt quecūqz dixerit ɔsecrator: ⁊ oēs debēt tūc mitras tenere ⁊ sedere. Examen.

Antiqua sanctorum patrum institutio docet ⁊ p̄cipit: vt is qui ad epatus ordinem eligitur: antea diligentissime examinetur cū omni charitate: de fide sancte trinitatis: ⁊ interrogetur de diuersis causis ⁊ moribus: que huic regimini congruūt: ac necessaria sunt retineri s̄m apostoli dictuz: manus cito nemini iposueris. Et vt etiā is qui ordinandus est erudiat: q̄liter sub hoc regimine cōstitutū oporteat ɔuersari in ecclesia dei: ⁊ vt irreprehēsibiles sint: q ei man⁹ ordinationis iponunt. Eadē itaqz auctoritate ⁊ p̄cepto interrogamus te dilectissime frater charitate sincera: si oēm prudentiā tuā: quantuz tua capax est natura: diuine scripture sensibus accōmodare volueris? Respondet elect⁹. Ita ex toto corde volo in oib⁹ obedire ⁊ ɔsētire. aliquātulū assurgens detecto capite ad istā ⁊ omnes alias responsiones sequentes. Et si plures electi fuerint successiue quisqz sic respondet. ¶ Interrogat consecrator.

Uis ea que ex diuinis scripturis intelligis: plebem: cui ordinandus es: ⁊ verbis docere ⁊ exemplis? ℞. Uolo. Interrogatio.

Uis traditiones orthodoxorūz patrū: ac decretales sancte ⁊ apostolice sedis constitutiones veneranter suscipere: docere: atqz seruare? ℞. Uolo. Interrogatio.

Uis beato petro aplo: cui a deo data est potestas ligandi atqz soluēdi: eiusqz vicarijs romanis pōtificib⁹ fidē: sbiectionē: ⁊ obediētiā s̄z canonicā auctoritatē exhibere? ℞. Uolo. Interrogatio.

Uis mores tuos ab oī malo tēpare ⁊ quātū poteris: dn̄o adiuuāte ad oē bonuz cōmutare. ℞. Uolo. Interrogatio. Uis castitatē ⁊ sobrietatē cū dei auxilio custodire ⁊ docere? ℞. Uolo. Interrogatio. Uis semp in diuinis esse negocijs mācipat⁹: ⁊ a terrenis negocijs vel a lucris turpib⁹ alienus: quātū te humana fragilitas ɔsenserit posse? ℞. Uolo. Interrogatio. Uis humilitatē ⁊ patiētiā i te ipso custodire: ⁊ alios silr docere? ℞. Uolo. Interrogatio.

Uis pauperib⁹ ⁊ peregrinis oibusqz indigētibus esse p̄pter nomē dn̄i affabilis ⁊ misericors ℞. Uolo. Tūc dicit ei cōsecrator voce aliquantulum submissa.

Hec oia ⁊ cetera bona tribuat tibi dn̄s: ⁊ custodiat te atqz corroboret in omni bonitate. Et respōdēt oēs. Amē. Interrogatio.

Credis s̄m intelligentiam ⁊ capacitatem sensus tui sanctam trinitatem: patrē: ⁊ filiū: ⁊ spiritum sanctum: vnum deū oipotentez:

1. thi. v.

Electus rn̄det singulis īterrogatiōib⁹ cōsecratoris aliquātulū surgēs detecto capite.

Cōsecrator voce submissa dicit.

Sequitur examen.

totamqz in trinitate deitatem: co/essentialē: consubstātialē: coeter/nam: 7 cooīpotentem: vnius vo lūtatis: potestatis: 7 maiestatis: creatorem omniū creaturaruz: a quo omnia: per quē oīa: 7 in quo omnia que sunt in celo 7 in terra: visibilia 7 inuisibilia: corporalia 7 spiritualia:' ℟. Assētio 7 ita cre do. Interrogatio. Credis sin/gulam quāqz in trinitate perso/nam: vnum deuz ver̄: plenū: 7 p̄/fectū:' ℟. Credo. Interrogatio. Credis ipsuz filiū dei: verbū dei eternaliter natuz de p̄re: cōsubstā tialē: cooīpotentem: 7 coequalez per oīa patri in diuinitate: tp̄ali/ter natum de spū sancto ex Ma/ria semper virgine: cum anima ra tionali: duas habentez natiuita tes: vnā ex p̄re eternam alterā ex m̄re tp̄alem. Deum ver̄ 7 hoīez verum: propriū in vtraqz natura atqz p̄fectū: non adoptiuū: neqz fantasmaticū: sed vnicū 7 vnū fili um dei in duabus 7 ex duabus na turis: sed in vni⁹ p̄sone singulari tate: ip̄assibilē 7 imortalē diuini. tate: sed 7 in humanitate pro no bis 7 pro salute nr̄a passū v̄a car/nis passione: 7 sepultuz: ac tertia die resurgētē a mortuis vera car/nis resurrectiōe: die q̄dragesimo post resurrectionē: cū carne q̄ re/surrexit 7 aīa ascendisse ad celū: 7 sedere ad dexterā p̄ris. Inde ven tur̄ iudicare viuos 7 mortuos: 7 redditur̄ vnicuiqz s̄m op̄a sua: si ue bona fuerit siue mala:' ℟. Assē tio 7 ita p̄ oīa credo. Interrogatio. Credis etiam spiritum sanctuz: plenū 7 perfectum verūqz deuz: a patre 7 filio p̄cedentez: coequa lem: 7 coessentialem: coomnipo/tentem: 7 coeternū per oīa patri 7 filio:' ℟. Credo. Interrogatio. Credis hanc sanctam trinitatē: nō tres deos: sed vnum deū oīpo tentē: eternū: iuisibilē: 7 in cōmu tabilē:' ℟. Credo. Interrogatio. Credis sanctā catholicaz 7 apo stolicam vnā esse veram ecc̄liam: in qua vnū datur verum baptis/ma: 7 vera oīuz remissio peccato. rum:' ℟. Credo. Interrogatio. Anathematizas etiā oēz heresiz: extollētem se aduersus hanc san/ctam ecclesiam catholicaz:' ℟. A/nathematizo. Interrogatio. Credis etiā verā resurrectionez eiusdē carnis quā nūc gestas: 7 vi tā et̄nā:' ℟. Credo. Interrogatio Credis etiā noui 7 veteris testa mēti: legis: 7 p̄phetar̄: 7 ap̄lor̄uz: vnū esse auctorē deū 7 dn̄z oīpo/tētē:' ℟. Credo. Postea ↄ̄secra/tor dicit voce aliquātulū submissa.

Cōsecrator voce sub/missa dicit.

Hec tibi fides augeat̄ a dn̄o: ad verā 7 eternā b̄titudinē: dilectissime frater in xp̄o. Et r̄n/dēt oēs. Amē. Expleto itaqz exa/mine prefati assistētes ep̄i ducūt electū ad ↄ̄secratorē: corā quo ge nuflexus eius manū reuerenter osculat̄. Tunc ↄ̄secrator deposita mitra: cū ministris ad altare ↄ̄uer sus facit solito more cōfessionē: ele cto a sinistris ei⁹ manente: 7 oēs

Expleto e/xamine assi stētes ducūt electū an̄ cō secratorē: q genuflexus ei⁹ manū o/sculat̄.

Cōsecrator deposita mi tra ad altar̄ cōuersus fa cit ↄ̄fessiōez electo ad e/ius sinistrā manente.

epi ante sedes suas stantes faciũt similiter cum clericis suis. Facta itaq; cõfessione Cõsecrator ascendit ad altare: osculat illud ⁊ euangeliũ in missa dicendũ: ac incensat altare more solito. Deinde vadit ad sedē suã ⁊ procedit in missa vsq; ad Alleluia: vel vltimum versum Tractus exclusiue si All'a non dicitur. Si vero missa legit: osculato altari ⁊ euãgelio omissa incēsatione oia predicta legit in altari: ⁊ illis dictis siue missa legatur siue cantetur: redit cũ mitra ad sedendũ in faldistoriũ: qd ante mediũ altaris sibi reponit. Epi vero assistentes ducunt electum ad capellã suã: ⁊ ibi deposito pluuiali acolyti induunt illum sandalia: ipso ps ⁊ orõnes consuetas legēte si prius illa non accepit. Tũ accipit crucē pectoralē: ⁊ stola ei aptatur vt ab humeris depēdeat. Deinde tunicella dalmatica ⁊ casula induit: quibus indut⁹ accedit ad suũ altare: vbi stans in medio medi⁹ inter episcopos assistentes: detecto capite legit totum officium misse vsq; ad All'a. vel vltimũ vsum Tractus exclusiue: neq; vertit se ad populum cũ dicit: Dominus vobiscum. vt in alijs missis fieri solet. ¶ Est autem notandum q ecclesia romana propter ordinationes episcopoꝝ nunq̃ mutat officium diei: dicit tamē post collectã diei pro officio consecrationis collectã. Adesto supplicationib⁹ nr̃is ⁊c.

Epi assistentes ducũt electũ ad capellã suã: vbi d posito pluuiali oia paramēta epalia induit.

Romana ecclia nõ mutat offiũ diei occurrentis pp cõsecrationē epi.

sub vno Per dñm nostrum ⁊c. Nonnulle vero alie ecclie dicunt missã de spũ sctõ: ⁊ alie sequentē specialē in cõsecratiõe. Introit⁹.

Benedi cat te hodie domi nus deus: ⁊ respi ciat super te seruum suum: ⁊ det tibi for titudi nē ad resistendũ inimicis ecclesie sancte su e. ℣. Deus deorum dominus lo cutus est: ⁊ vocauit terram. ℣. Gloria patri.

Oratio.

Adesto supplicationibus nostris omnipotens deus: ⁊ qd humilitatis nostre gerēdũ est

ministerio: tue virtutis implea-
tur effectu. Per dñm nostrũ ⁊c.

Lectio epistole beati Pauli apo
i. ca. iii. stoli ad Timotheum.

Carissime: fidelis sermo. Si quis episcopatũ desiderat: bonum opus desiderat. Oportet ergo episcopuz irreprehensibilẽ esse: vnius vxoris virum: sobriũ: prudentem: pudicum: ornatum: hospitalem: doctorem: non vinolentũ: nõ percussorem sed modestũ: nõ litigiosuz: nõ cupiduz: sue domui bene dispositũ: filios habentẽ subditos: cũ omni castitate. Si qs autẽ domui sue preesse nescit: qũo dei ecclesie diligentiã habebit? Nõ neophitũ: ne in supbiaz elatus: in iudiciũ incidat diaboli. Oportet autem illum ⁊ testimonium habere bonum ab his: qui foris sunt: vt doctrinam dei nostri ornet in oibus. Graduale.

Inmola de o sacrifi-
cium laudis: et redde
altissimo vo ta tu a.
Congrega te illi sanctos e ius: qui ordi-
nauerunt testamentum eius su
per sacrifi ci a.

Finito graduali si Alleluia dicit̃. Alioquin dicto Tractu vsqz ad vltimum versum exclusiue. Assistẽtes epi iterũ ducunt electum ad consecratorẽ: cuz mitra ante altare in faldistorio sedentem: cui electus deposito birreto caput ꝓfunde inclinans humilem reuerentiam facit. Assistẽtes vero cũ mitris se aliquantulũ inclinãtes etiã cõsecratorez venerant̃. Tum sedẽt omnes vt pri⁹ ⁊ ꝯsecrator sedens cũ mitra versus ad illum dicit.

Assistentes epi iterũ ducũt electum ad cõsecra-torẽ sedẽtez ante altare.

Cõsecrator sedẽs cũ mitra v̾sus ad electũ dicit. Epm ⁊c.

Episcopũ oportet iudicare: interp̄tari: ꝯsecrare: ordinare: offerre: ⁊ baptizare. Deinde oibus surgẽtib⁹: cõsecrator stans cũ mitra dicit ad circumstantes.

Offĩi epi.

Oibus surgẽtib⁹ cõsecrator stãs cũ mitra dicit. Orem⁹ ⁊c.

Oremus dilectissimi nobis: vt huic viro: vtilitati ecclesie prouidens benignitas oipotentis dei: gratie sue tribuat largitatem. Per christuz dñm nr̃m. Et mox Cõsecrator ante faldistoriũ suuz: ⁊ assistentes epi ante sedilia sua cum mitris procunbunt. Electus vero prosternit se a sini-

Cõsecrator ⁊ assistẽtes epi ꝓcũbũt sup sedes suas cũ mitris ⁊ elect⁹ prosternit se a sinistris cõsecratoris.

stris consecratoris: ministri etiam: et alij omnes genuflectunt.



Tunc cantor: vel si officium sit legendo: consecrator incipit letaniam dicens. Kyrieleison et cetera prosequendo totam: prout supra in ordinatione subdiaconi dictum est § fol. x. Post que autem dictum fuerit. Ut obsequium seruitutis nostre tibi rationabile facias. Te rogamus audi nos.

Consecrator surgens et conuersus ad electum tenens baculum pastoralem dicit versus sequentes sup eum.

Consecrator ab accubitu surgens ad electum conuersus baculum pastoralem cum sinistra tenens dicit sub voce letanie primo. Ut hunc presentem electum bene✠dicere digneris. ℟. Te rogamus audi nos. Secundo dicit. Ut hunc presentem electum bene✠dicere et sancti✠ficare digneris. ℟. Te rogamus audi nos. Tertio dicit. Ut hunc presentem electum bndicere et sci✠ficare et conse✠crare digneris. ℟. Te rogamus audi nos. Producendo semper signum crucis sup illum. Idemque faciunt et dicunt assistentes epi: genuflexi tamen permanentes. Deinde iterum accubit consecrator: et cantor seu ipse qui prius dixit: cantat prosequitur usque ad finem. Ut nos exaudire digneris et cetera. Qua finita surgunt oes: et consecratore an faldistorium suum cum mitra stante: electus coram eo genuflectit. Tunc consecrator accepto libro euangeliorum illum apertum adiuuantibus epis assistentibus nihil dicens ipoit sup ceruicem et spatulas electi: ita quod iferior pars libri ceruicem capitis electi tangat: littera ex parte iferiori manente: quem unus ex capellanis electi retro ipsum genuflexus: quousque liber ipse eidem electo in manus tradendus sit: cotinuo sustinet. Deinde consecrator et assistentes episcopi ambabus manibus caput consecrandi tangunt dicentes.

Consecrator iterum usque ad finem letanie procubit. ut supra.

Consecrator stans cum mitra ponit librum euangeliorum sup ceruicem et spatulas electi: capellano ipsum sustentante.

Consecrator et assistentes epi ambas manus ponunt sup caput eius dicentes. Accipe et cetera.



Accipe spiritum sanctum. quo facto consecrator media voce stans deposita mitra dicit oronem.

Consecrator stans sine mitra dicit oronem.

Propitiare domine supplicationibus nostris: et inclinato sup hunc famulum tuum cornu gratie sacerdotalis: bene✠dictionis tue in eum infunde virtutem. Per dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui tecum viuit et regnat in vnitate spus sancti deus. Deinde extensis manibus ante pectus dicit.

Consecrator extensis manibus an pectus dicit prefationem.

Per oia secula seculoruz. ℟. Amé. ℣. Domin' vobiscû. ℟. Et cum spiritu tuo. ℣. Sursum cor da. ℟. Habemus ad dominum. ℣. Gratias agam' domino deo nostro. ℟. Dignû et iustuz est.

Vere dignû et iustuz est equuz et salutare. Nos tibi semper et vbiqz gratias agere domine sancte pater oipotens eterne deus: honor omnium dignitatuz: que glorie tue sacris famulantur ordinibus. Deus qui p Moysen famuluz tuum: secreti familiaris affatu: inter cetera celestis documenta culture: Exo. xxviii. de habitu quoqz indumenti sacerdotalis instituens: electum Aaron mystico amictu vestiri inter sacra iussisti: vt


intelligẽtie sensuz de exemplis

priorum caperet secutura poste

ritas: ne eruditio doctrine tue

ulli deesset etati. Cum et apud

veteres reuerentiam ipsa signi

ficationum species obtineret:

et apud nos certiora essent expe

rimenta rerum quam enigmata fi-

gurarum. Illius namque sacer-

dotij anterioris habitus no-


stre mẽtis ornatus est: et põtifica-

lẽ gloriã non iam nobis honor

commendat vestium sed splen


dor animarum. Quia et illa que

tunc carnalibus blandiebantur

obtutibus: ea potius quam in ipsis

erant: intelligenda poscebant.

Et iccirco huic famulo tuo:

quẽ ad summi sacerdotij mini

sterium elegisti: hanc quesumus gra

tiaz largiaris: vt quicquid illa
velamina in fulgore auri: inni/
tore gemmarum: ⁊ in multimo
di operis varietate signabãt:
hoc in eius moribus actibusqz
clarescat. Comple in sacerdote
tuo ministerij tui summam: et
ornamentis totius glorifica/
tionis instructum: celestis vn/
guenti rore sanctifica.

Si in Rom. curia fit consecratio Subdiaconus aplicus. Vel si extra Romanaz curiam fit: vnus ex capellanis pontificis ligat caput electi cuz vna ex longiorib⁹ mappulis de octo superius dictis: ⁊ consecrator flexis genibus versus ad altare incipit: ceteris prosequentibus hymnum.

Ligat caput electi cũ vna mapl'a: ⁊ cõsecrator flexis gẽib⁹ versus ad altare incipit ceteris psequẽtib⁹ hymnum. Veni creator: ⁊ dicit totus.



Fol. xix.

Et dicitur totus vsqz ad finẽ: put habet supra in ordinatione psbyteri. Finito pmo versu surgit põtifex: ⁊ sedet in faldistorio añ medium altaris: capit mitraz: extrahũtur ei annuli ⁊ chirothece: reponũtur sibi annuli: ⁊ iponũtur ei gremiale a ministris. Tũ pollicem suũ dextrũ intingit in sanctũ chrisma per vnum ex ministris sibi oblatum: ⁊ caput electi coraz se genuflexi inungit: formans primo signum crucis p totam coronã: deinde reliquum corone liniendo interim legendo dicens.

Pontifex sedet cũ mitra añ mediũ altaris: ⁊ cũ pollice itin to i sacro chrismate facit signuz crucis primuz sup totã coronã: ⁊ postea vngit totã coronã capitis eius.



Vngatur ⁊ ɔsecret caput tuum celesti bñdictione in ordine põtificali. ¶ Et pducens ma


nu dextra tertio signuz crucis super caput electi dicit. In nomie pa✠tris ⁊ fi✠lij ⁊ spiritus✠ sancti. Amen. ℣. Pax tibi. ℟. Et cum spiritu tuo. Et si plures sint consecrandi: hoc in psona cuiusli bet singulariter repetit. Expleta vnctione pontifex pollicez cũ medulla panis paululum abstergit: ⁊ finito hymno predicto deposita mitra surgit: ⁊ in pristina voce prosequitur dicens.


Expleta vnctioe episcopus tergit pollicẽ cuz medulla panis: postea sine mitra stans psequitur pfatio nem.

Hoc domine copiose in caput eius influat: hoc in oris subiecta decurrat: hoc in totius corporis extrema descendat: vt tui spiritus virtus: ⁊ interiora eius repleat: ⁊ exteriora circuntegat. Abundet in eo constantia fidei: puritas dilectionis: sinceritas pacis. Sint speciosi munere tuo pedes eius ad euangelizandũ pacẽ: ad euangelizandũ bona tua. Da ei dominę ministeriũ reconciliationis in verbo ⁊ in factis: in virtute signoꝝ ⁊ pdigiorum. Sit sermo eius ⁊ predicatio: nõ in psuasibilibus humane sapiẽtie


verbis: sed in ostẽsione spiritus
⁊ virtutis. Da ei domine claues
regni celorũ: vt vtatur non vt
glorietur potestate quã tribuis
in edificationez: non in destru-
Matt. xvi. ctionẽ. Qđcũqz ligauerit super
terrã sit ligatuz ⁊ in celis: ⁊ qđ
cũqz soluerit in terris sit solu-
Joã. xx. tum ⁊ in celis. Quorum deti-
nuerit peccata: detenta sint: ⁊

quoruz dimiserit: tu dimittas.
Qui maledixerit ei: sit ille male- Gen. xxvij.
dictus: ⁊ qui benedixerit ei: be-
nedictionib⁹ repleat̃. Sit fide-
lis seruus et prudẽs: quẽ cõstitu Mat. xxiiij.
as tu domine sup familiã tuaz:
vt det illi cibũ in tempore opor-
tuno: ⁊ exhibeat oẽm hominẽ
perfectuz. Sit solicitudine non Ro. xij.
piger: sit spiritu feruens: ode-



rit sup̄biā: humilitatez ac veri-


tatē diligat: neq3 ea3 vnq̄3 dese



rat: aut laudibus: aut timore


Ysa.v. superatus. Nō ponat lucē tene


bras: nec tenebras lucem: nō di


cat malū bonuz: neq3 bonum



Ro.j. malum. Sit sapiētibus ⁊ isipiē-



tibus debitor: vt fructū de pro



fectu omniū cōsequat̄. Tribuas



ei domine cathedrā episcopalē


ad regendū ecclesiā tuā: ⁊ ple-


bē sibi cōmissā. Sis ei auctoritas:


sis ei potestas: sis ei firmitas.


Multiplica sup̄ eum bñ ✠ di-


ctionē ⁊ gratiā tuā: vt ad exo-


rādā semp̄ misericordiā tuam:


tuo munere idoneus: ⁊ tua gra


tia possit esse deuotus.

¶ Itē paraṫ faldistoriū ornatuz p pontifice: ⁊ tria scabella siue sedes p electo ⁊ duob⁹ abbatib⁹ assistentibus. missale ⁊ pontificale. Pōtifex habeat tres capellanos admin⁹ cū superpellicijs: ⁊ duos scutiferos ad credētiā. In capella vero minori p electo q̄ a maiori debet esse distincta: paraṫ altare cū cruce: ⁊ duob⁹ cādelabris ad min⁹: ⁊ sup illud missale ⁊ pōtificale: ac paramēta oia pōtificalia albi coloris ꝰ. pro pōtifice posita. Et hoc si abbas bn̄dicēdus sit de mitra. Si vero nō sit de mitra: paranṫ tm̄ paramēta sacerdotalia: ⁊ vltra illa pluuiale albū. Prope altare paraṫ credētia: cū mappa mūda ⁊ vasis ad abluēdū man⁹. Paranṫ etiaz qnq3 mappule eq̄lis mēsure: facte ex vna canna cuz dimidia panni linei subtilis: ⁊ cādele octo vni⁹ libre q̄libet: quarū q̄tuor sup altare pōtificis: due super ei⁹ credētiā: ⁊ due sup altare electi ponunṫ. Annulus cū gēma bn̄dicēd⁹: ⁊ electo tradēdus. Vestes monastice: seu regulares. Et pro offertorio itortitia duo q̄tuor librar̄ pro q̄libet: duo panes magni: ⁊ duo barilia vini optimi. Panes ⁊ barilia ornenṫ cuz auripello: duo videlz videanṫ argentea: ⁊ duo aurea. Barilia hic ⁊ inde: arma pōtificis ⁊ electi habētia. Sint etiā i capella electi aliqua sedilia ⁊ ornamēta ꝯuenientia. ¶ Adsint duo abbates assistētes si bn̄dictio fit i curia: qđ tm̄ extra curiā in aliqb⁹ locis nō seruatur: vbi sol⁹ pōtifex id pagit. Abbates ipsi sint induti suppellicio: stola: pluuiali: ⁊ mitra simplici alba. ¶ Hora igiṫ cōpetēti. Pōtifex: elect⁹: assistētes: ⁊ alij q bn̄dictiōi iteresse debēt: ad eccliā ꝯueniūt: ⁊ pōtifex facta oŕone an̄ altare ascēdit ad faldistoriū in capella sua: ad sinistrū cornu altaris videlicet ep̄le p̄paratū: vt mos est: ⁊ ibi ex more paraṫ. Interim etiā abbates assistētes sua paramēta p̄dicta capiūt. Quib⁹ sic paratis pōtifex sedet cū mitra super faldistoriū: ante mediū altaris sibi paratū. Electus vero in habitu suo quotidiano: medi⁹ inter abbates assistentes paratos ⁊ mitratos. Vel si extra curiā fit: ⁊ sine assistētia abbatū: p monachos sui monasterij vel ordinis pōtifici p̄sentaṫ: ac eidē mādatū ap̄licū tradiṫ. Quo de mādato pōtificis per eius notariū publice lecto: Elect⁹ genuflectit ante pōtificē. Qui surgit deposita mitra: ⁊ sup eū dicit oŕones sequentes.

Capella p electo qualit sit paranda: ⁊ q̄ vasa ⁊ paramenta i ea ponēda.

Credētia p electo parāda cū mappulis ⁊ cādelis octo cuz antealis ⁊ vestib⁹ monasticis.

Pro offertorio parent quattuor intortitia duo panes magni ⁊ duo barilia vini

Intersint etiā duo abbates assistētes induti suppellicio stola ⁊ pluuiali ⁊ mitra simplici.

Elect⁹ i habitu suo q̄tidiano p assistētes abbes ep̄o sedenti an̄ mediuz altaris p̄ntaṫ ⁊ mādatū ap̄licū legitur.

Lecto mandato ap̄lico elect⁹ genuflectit corā episcopo: qui stās sine mitra sup eum dicit sequētes oŕones.

¶ De monacho faciēdo ex electo seculari. ℣. Adiutorium nostrum in nomine domini. ℟. Qui fecit celum ⁊ terram. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Deus indulgentie pater: qui seueritatem tue districtionis temperans: indulsisti ne filius portet iniquitatē patris: ⁊ qui mira dispēsatione etiam malis bene vteris: ⁊ tue dignationis gra- Eze. xviij.

tiam per eos frequenter opera/ris: quesumus clemētiā tuā: vt huic famulo tuo nō obsistat: q habitū religionis per nos: tāta ac tali re idignos accipit: sed ministerium qđ exterius per nos adhibetur: tu interius per donū spūs sancti exequaris: Per christum dñm nostrum. ℞. Amen. Oremus.

DEus qui per coeternū filiū tuū cūcta creasti: qq mūdū pctis ueteratū: per mysteriū sancte incarnationis ei9 renouare dignatus es: te suppliciter exoram9: vt eiusdē dñi nři grā: sup hūc famulū tuū: abrenūciationē sčli pfitentem: clementer respicere digneris: per quā in spiritu sue mētis renouat9: veterē hoiez cū actibus suis exuat: τ nouū q̄ sm deū creat9 est Col.iij. induere mereatur. Per eūdez xp̄m dñz nřm. ℞. Amē. Orem9.

DOmine iesu xp̄e: qui es via: Joā.xiiij. sine qua nemo venit ad přez: q̄su mus clemētiā tuā: vt hūc famulū tuū: a carnalibus desiderijs abstractū: per iter discipline regularis deducas: τ qui pctōres vocare dignatus es: dicēs: Uenite ad Mat.xj. me oēs qui laboratis τ onerati estis: τ ego vos reficiam: pšta: vt hec vox inuitationis tue: ita in eo ꝯualescat: q̄tenus peccatorū onera deponēs: τ q̄ȝ dulcis es gustās: .j.petri.ij. tua refectiōe sustētari mereatur: Et sicut attestari de tuis ouibus dignatus es: agnosce eū inter oues tuas: vt ipse te agnoscat: τ alienū Joā.x. nō sequatur sed te: neqȝ audiat vocē aliorū: ȝ tuā qua dicis: Qui mi Joā.xij. hi ministrat: me sequatur: Qui viuis τ regnas deus: Per oīa secula seculorū. ℞. Amen. Oremus.

SAncte spūs: q te deum ac dominum: mortalibus reuelare dignat9 es: postulam9 immensam tue pietatis gratiaz: vt sicut Joā.iij. vbi vis spiras: sic τ huic famulo tuo tuo: affectuȝ deuotionis indulgeas: Et quoniā tua sapiētia est cōditus: tua quoqȝ prouidentia gubernetur. Quē iuxta tibi con .j.Joā.ij. suetā gratiā vnctio tua de oībus doceat: τ per itercessionem btissimi bñdicti quē pricipiū hui9 sancte istitutiōis legislatorēqȝ dedisti: necnō τ alioȝ scōȝ: ad quorū noīa petitionē facit: eū a vanitate seculi veraciter ꝯuerte: Et sicut es oiuȝ pctōȝ remissio: ita deprimentes ipietatis obligatiōes in eo dissolue: τ ad obseruantiaȝ huius sancti ꝓpositi: fac eum ita certatiȝ feruere: vt in tribulationibus τ angustijs: tua indeficienti ꝯsolatione valeat respirare: vt iuste τ pie per verā humilitatē atqȝ obediētiā: in fraterna charitate fundatus: qđ te donante ꝓmittit: felici pseuerantia cōpleat. Qđ ipse pstare digneris: q cū deo patre: sanctoqȝ vnigenito filio ei9: dño nřo iesu xp̄o viuis τ gloriaris deus: per infinita secula seculorum. ℞. Amen. Deinde benedicuntur vestes que noue afferūtur: τ tenentur per vnū ex ministris electi coram pōtifice: Qui stans sine mitra

Epūs stās sine mitra bñdicit vestes nouas electi per ministrū corā episcopo detentas.

ne mitra dicit versũ.



Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo.

Domine iesu xp̄e: q tegimen nostre mortalitatis induere dignatus es: postulamus imensaꝫ tue largitatis abũdtiã: in hoc genus effluere vestimentorũ: quod sancti patres ad innocẽtie vel humilitatis indiciũ: abrenuncianti bus seculo ferre sanxerũt: ⁊ sic ipsum bñ✠dicere digneris: vt hic famulus tuus: qui eo vsus fuerit: te induere mereatur. Qui viuis ⁊ regnas deus: per omnia secula seculorũ. ℟. Amen. Et aspergit vestes cum aqua bñdicta. post hec pontifex sedet cum mitra: ⁊ exuit electum veste seculari dicens.

Epũs sedet cũ mitra exuit electum veste seculari.



Exuat te dñs veterem hominem cum actibus suis. Et mox induit eum habituꝫ monasticuꝫ seu regularem dicẽs.

Induat te dñs nouum hominẽ: q secundum deum creatus est: i iustitia ⁊ sanctitate veritatis.

Epũs induit electũ habitũ monasticum.

Tunc deposita mitra surgit pontifex ⁊ dicit. Oremus.

Epũs stãs sine mitra dicit orõnẽ.

Deus misericors: deus clemens: cui cuncta bona placent: sine quo nihil boni inchoatur: nihilqꝫ boni perficitur: adsint nostris humilimis precibus: tue pietatis aures: ⁊ hunc famulũ tuuꝫ: cui in tuo sancto nomine: sacre religionis habitũ imposuimꝰ: a mũdi impedimẽto: vel seculari desiderio defende: ⁊ concede ei: vt in hoc sancto proposito deuotꝰ ꝑsistere: ⁊ remissione peccatorũ percepta: ad electorũ tuorum valeat peruenire cõsortiũ. Per dñm nostrũ iesuꝫ xp̄m filiũ tuũ: q tecũ viuit ⁊ regnat in vnitate spũs sci deus: ꝑ oia secula seculorũ. ℟. Amẽ. Quibꝰ dictis sedet põtifex ⁊ ponitur sibi mitra: ⁊ electꝰ monachus factꝰ: ꝓfessionẽ emissurus: iunctis ante pectꝰ manibꝰ: corã eo genu flexus dicit.

Sedẽte epũscopo cum mitra electus aũ cũ iũctis manibꝰ genuflexus dicit Suscipe

Suscipe me dñe scdm eloquiũ tuũ ⁊ viuaꝫ: ⁊ ne confundas me ab expectatione mea. ps. cxviij.

Circũastantibus vel monachis si sit in suo monasterio respõdentibꝰ. ps. xlvij.

Suscepimꝰ deus misericordiã tuaꝫ in medio tẽpli tui. ℣. Gloria patri. ℟. Sicut erat. Et hoc tertio taꝫ per electũ q̄ per circũastantes repetitur. Deinde electus ante altare ⁊ põtificẽ se prosternit in terram: ⁊

Circũstãtes respondent. Suscepim.ꝰ

dicunt sequentes psalmi p pōtificē sedentē cū mitra: circūastantibus respōdētib⁹. ps. xlvii.

Magnus dn̄s ꝛ laudabilis nimis: in ciuitate dei nostri: in mōte sancto eius.

Fundatur exultatione vniuerse terre: mons syon latera aqlonis ciuitas regis magni.

Deus in domib⁹ eius cognoscetur: cum suscipiet eam.

Quoniā ecce reges congregati sunt: conuenerunt in vnum.

Ipsi videntes sic admirati sunt: cōturbati sūt: cōmoti sūt: tremor apprehendit eos.

Ibi dolores vt parturientis: in spiritu vehementi conteres naues tharsis.

Sicut audiuimus sic vidimus in ciuitate domini virtutū: in ciuitate dei nostri: deus fūdauit eā in eternum.

Suscepimus deus misericordiā tuam: in medio templi tui.

Secundū nomen tuū deus sic ꝛ laus tua in fines terre: iustitia plena est dextra tua.

Letet mons syon: ꝛ exultēt filie iude: propter iudicia tua dn̄e.

Circūdate syon ꝛ cōplectimini eā: narrate in turribus eius.

Ponite corda vestra in virtute eius: ꝛ distribuite domos eius: vt enarretis in progenie altera.

Quoniam hic est deus deus noster in eternum ꝛ in seculum seculi: ipse reget nos in secula.

Gloria patri ꝛ filio ꝛ spūi sācto. Sicut erat in principio ꝛc. ps. l.

Miserere mei deus: ꝑm magnam misericordiā tuam. Totus dicitur cum Gloria patri. Sicut erat. Psal. cxxxij.

Ecce q̄ bonū ꝛ q̄ iocūdū: habitare fratres in vnum.

Sicut vnguentum in capite: qđ descēdit in barbā barbā aaron.

Quod descendit in oram vestimenti eius: sicut ros hermon qui descendit in montem syon.

Quoniā illic mādauit dn̄s bn̄dictionē: ꝛ vitam vsq; in seculum.

Gloria patri. Sicut erat ꝛc. Quibus finitis: pontifex deposita mitra surgit ꝛ dicit. Pater noster.

Dictis his pōtifex stās sine mitra dicit ℣. ꝛ orationes sequētes.

℣. Et ne nos inducas in tentationē. ℟. Sed libera nos a malo. ℣. Saluum fac seruum tuum domine. ℟. Deus meus sperantem in te. ℣. Mitte ei auxiliū de sancto. ℟. Et de syon tuere eū. ℣. Nihil proficiat inimic⁹ in eo. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. ℣. Domine exaudi orationem meā. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Omnipotens sempiterne deus miserere huic famulo tuo: ꝛ dirige eum ꝑm tuam clementiā in viam salutis eterne: vt te donante tibi placita cupiat: ꝛ tota virtute perficiat. Per christum dominum nostrū. ℟. Amen. Oremus.

Deus qui non vis mortem peccatoris: sed per peniten

tiā ⁊ emendationē: vitā semꝑ in-gris: te suppliciter depcamur: vt huic famulo tuo: secularibꝰ acti-bus renūciāti: large tue pietatis gratiā infūdere digneris: quate-nus castris tuis insertus: ita tibi militādo statū vite p̄sentis pcur-rere valeat: vt brauiuʒ eterne re-munerationis te donāte pcipiat. Per xp̄ʒ ⁊c. ℞. Amen. ¶ His di-ctis sedet pōtifex: ⁊ mitrā accipit: ac coram eo genuflexus electus monachus factus: emittens pro fessionem in carta scriptā: quā in manibus tenet illaʒ legit ⁊ dicit.

Epūs sedēs cū mitra re cipit ad ꝓ fessionē ele ctū dicentē Ego. N. ⁊c.

Ego. N. offerens trado me ipsū monasterio tali: ⁊ ꝓmit to eiusdē monasterij p̄lato: suisqʒ successoribꝰ canonice intrātibus: obediētiā: ⁊ reuerētiā debitā: ſm regulā canonicā talis sancti vel or dinis. Promitto etiā sibi: ⁊ cōuē tui eiusdē monasterij p̄ntī ⁊ futu-ro: me perpetuā seruaturꝝ ꝯtinēti am: quātū humana fragilitas per miserit: atqʒ stabilitatē in loco: ⁊ morū emēdationē: ⁊ renūcio pro prijs. ¶ Quibꝰ lectis ponit cartā ipsam supra altare: ⁊ iterꝝ vt prius genuflectit coram pōtifice incipi ente ⁊ schola prosequente aīām.

Epūs incipi. aiā. Confir ma ⁊ scho-la ꝓsequit eam.

Confirma hoc deus qđ ope-ratus es in nobis: a tēplo sancto tuo quod est in hierusalem.

¶ Qua dicta: pontifex adhuc cū mitra sedens: accipit eū in cōgre-gationē ⁊ societatē aliorꝝ mona-chorꝝ sui ordinis: dicēs hanc ex-hortationē sancti augustini.

Epūs sedēs cū mitra re cipit eū i cō gregationē monachorꝝ dicens Oēs ⁊c.

Omnes q̄cūqʒ per gratiā ba-ptismi fratres sumus in xp̄o: ⁊ vnū patrē habeamꝰ in celo: si eiuʒ p̄ce ptis ꝑut possumꝰ obseqmur: pro culdubio tūc marie vnimur: quā do oꝛonibꝰ ⁊ bn̄ficijs inuicē nos copulamus: quēadmodū in pri-mitiua ecclia scti p̄res: quibus cor vnū: ⁊ aīa vna erat: fecisse legun-tur: quorꝝ plures: xp̄i amore mē-te accēsi: possessiōes ⁊ facultates rerꝝ vendētes: ꝯgregatis in vnū p̄cijs aplis ferebant gaudentes. Actu. iiij. Que apl̄i accipiētes: tribuebāt oī bus: prout opus erat. Sicqʒ iste nihilominꝰ deo īspirāte eorꝝ exē-plo cōmonitꝰ: religiosorum ordi nis sancti. N. optat cōiūgi ꝯ sor-tijs. Jccirco damꝰ ei cōmunē so-cietatē viuēdi cū illis: quātū a do mino possumꝰ ꝓmereri: ⁊ nr̄ʒ est largiri: q̄tenus cū electis a remu-neratore oium bonorꝝ: valeat p̄-mia repromissa pcipere: p̄stante dn̄o nr̄o iesu xp̄o: qui cuʒ patre ⁊ spū sancto viuit ⁊ regnat deꝰ per oīa secula seculorū. ¶ Qua dicta pōtifex ⁊ oēs monachi p̄ntes re-cipiūt eū ad osculū pacis. ¶ Dein de electus abbas vadit ad capel

Pontifex ⁊ monachi re cipiunt ele-ctū ad oscu lū pacis.

tias. Deinde prosequit examen.



Antiqua sanctor patrū instiuutio docet ⁊ pcipit: vt is q ad regimen animar eligit: examinari ⁊ interrogari debeat de diuersis causis ⁊ morib⁹: qui huic regimini ꝯgruūt ⁊ necessarij sūt. Eadē igit auctoritate te frater carissime iterrogam⁹. Interrogatio. Uis tuū sanctū ꝑpositū: ⁊ sancti N. regulā obseruare: tibiq3 subiectos: vt idipsum diligenter faciant instruere? Rñdet elect⁹. Uolo. Aliquātulū assurgēs detecto capite: ad istaz ⁊ oēs alias rñsiones sequētes. ¶ Interrogatio. Uis mores tuos ab oi malo tēperare: ⁊ quantū adiuuante dño poteris: ad omne bonū cōmutare? ℟. Uolo. ¶ Interrogatio. Uis castitatē: sobrietatē: humilitatē: ⁊ patiētiā: cū3 dei adiutorio i teipso custodire: subditosq3 tuos i his docere? ℟. Uolo. Interrogatio. Uis res monasterij tibi cōmissi fideliter custodire: ⁊ in vsus ecclie: fratrū: pauper: ⁊ peregrinor distribuere? ℟. Uolo. Interrogatio. Uis sācti mrīs ecclie romane: ac sanctissimo dño nr̄o.

Elect⁹ surgēs detecto capite respōdet singulis itterogationib⁹.

N. sūmo pōtifici: eiusq3 successoribus: fidē: subiectionē: obedientiam: ⁊ reuerētiā deuote ⁊ fideliter perpetuo exhibere? Rñdet. Uolo. ¶ Si vero benedicēdus exēptus nō est. neq3 auctoritate aplica: sed ab ordinario suo pōtifice bñdicit. Post pdictas oēs interrogationes: subiūgit etiā sequēs: que alias obmittit quādo bñdicēdus est ab ordiaria iurisdictione exēptus. Interrogatio. Uis sancte ecclesie. N. noiando eccliā patriarchalē: metropolitanā: seu chatedralē cuius plati iurisdictioni electus abbas seu eius monasteriū subiecti existūt mihiq3 eiusdē patriarche aut Archiepiscopo vel Episcopo: ⁊ meis successoribus: fidē: subiectionē: obediētiā ⁊ reuerentiam: deuote ⁊ fideliter perpetuo exhibere? ℟. Uolo. ¶ Si autē benedicēdus abbas nō exemptus auctoritate apostolica: ab alio q̄3 ordinario suo pontifice benedicitur: pōtifex benedictionē ei impensurus loco interrogationis proxime posite ⁊ illa obmissa: sequentē subiūgit dicēs. Uis sancte ecclesie. N. nominando eccliā pāriarchalē: metropolitanā: seu cathedralē: cuius pōtificis iurisdictioni elect⁹ abbas seu eius monasteriū subiecti existūt illiusq3 patriarche: aut archiepiscopo vel epō ac suis successorib⁹ fidem: subiectionem: obedientiā ⁊ reuerentiā deuote ⁊ fideliter ꝑpetuo exhibere? ℟. Uolo. Sub

Abbas nō exēptus pmittit obedientiā ⁊ fidē ecclie cui subest.

iungit pōtifex. Hec oīa ⁊ cetera bonā tribuat tibi dñs: ⁊ custodi/ at te: atqz corroboret in oī boni/ tate. ℞. Amē. ¶ Tunc electus an te pōtificē genuflexus osculatˀ eiꝰ manuz. Deide detracta mitra sur git pontifex: ⁊ stans versus ad al tare: facit cōfessionez: electo a sini stris sibi astante. Qua finita pōti fex ascēdit ad altare: osculatˀ illō: ⁊ euangeliū in missa dicenduz: ⁊ si missa cantatˀ altare ipsuz etiā in censat. Quo incēsato: vel si missa legitˀ eo osculato ⁊ libro: descēdit ad sedem: ⁊ ibi ꝓcedit in missa v/ sqz ad Alleluia si dicitur. vel vsqz ad vltimū versuz Tractus exclu/ siue. Electus vero vadit cuz assi/ stētibus ad capellā suam. Ubi de posito pluuiali: accipit sandalia: dicens psalmos cōsuetos. Tū ac cipit crucē pectoralem: aptatur ei stola vt ab humeris dependeat. deinde tunicellam: dalmaticaz ⁊ planetam. Et hoc si ex priuilegio mitra vti possit: qua si vti sibi li/ cet: ⁊ prius sit ꝓfessus ac missa le/ gatur potest accipere sandalia ⁊ dicere ps. Quā dilecta ⁊c̄. ac para menta omnia sacerdotalia cape/ re dempta planeta: cuius loco ac cipit pluuiale ante inchoationez officij: eo tempore quo pōtifex eū benedicturus pontificalia para/ mēta recipit. Si vero nō sit de mi tra: deposito pluuiali: ⁊ retēta sto la in modum presbyteri accipit planetam tantum. Quibus indu tus stans in altari suo medius in ter assistentes, ꝓsequitur missam vsqz ad Alleluia si dicitˀ. vel vlti/ mū versum Tractus exclusiue. Et cum dicit Dñs vobiscuz. nō se de/ bet ad populū vertere: ꝑut in alijs missis fieri solet. Missa dicitur de die ꝑm ꝯsuetudinē romane eccle sie. Potest tñ dici missa que su/ pra in ꝯsecratione epī posita est. fol. xxviij. ⁊ dicitˀ collecta pro ele/ cto sub vno Per dñz. cū collecta diei per pontificez. Oratio.

Concede q̄sumus dñe huic electo famulo tuo: vt p̄dicando ⁊ exercēdo que recta sunt: per exē/ plū bonoꝝ operū: animos suorū instruat subiectorū: ⁊ eterne remu nerationis mercedē: a te pijssimo pastore percipiat. Per dñm. Ele ctus vero dicit orationem.

Concede q̄sumꝰ dñe mihi e/ lecto famulo tuo: vt p̄dicando ⁊ exercendo que recta sunt: per exē plū bonoꝝ opeꝝ: aīos meoꝝ in/ struā subiectoꝝ: ⁊ eterne remune ratiōis mercedē: a te pijssimo pa store ꝑcipiā. Per dñz. Dicto gra duali si Alleluia est dicēdū. Alio/ quin dicto etiā Tractu vsqz ad vl timū versū exclusiue pōtifex resi/ det cū mitra in faldistorio suo añ altare: ⁊ ante eū reducitˀ electꝰ per assistētes: ⁊ facta pōtifici reuerē/ tia vt ꝑus: surgit pōtifex: ⁊ genu/ flexus cū mitra ꝓcumbit in faldi rio suo: assistētes gēuflectūt ante sua scabella. Electus vero ad sini strā pōtificis ꝓsternitˀ: ⁊ ad eius si nistrā ponitˀ baculus pastoralis:

Facta exa/ minatiōe e/ lectꝰ gēufle xus osculatˀ manū pōti/ ficis.

Eps stās si ne mitra añ altare facit cōfessionē e lecto iuxta eū stante a sinistris eiꝰ.

Electus va dit cū assistē tibus ad ca pellā suaz ⁊ dposito plu uiali acci/ pit sandalia dicēs ps cō suetos ⁊ o/ mnia para/ mēta pōtifi calia.

Si abbas nō sit de mi tra accipit soluz para/ mēta sacer/ dotalia ⁊ planetaz ⁊ ꝓseqˀ mis/ luz vsqz ad tractum.

Episcopꝰ di cit hāc oīo nē post pri/ mā sub vno p oñm.

Electꝰ dicit hāc oīonez cū p̄ma sub vno poñz.

Eps ꝓcūbit sup faldisto riū suū añ altare cum mitra: ⁊ ele ctꝰ ꝓsterni/ tur ad eius sinistrā ⁊ ba culꝰ pasto ralis sit ad eiꝰ sinistraz ⁊ īcipitˀ aū Tle remun/ fcaris.

sibi tépore suo tradédus. Tūc cā tores incipiūt choro respódente. vel si nó sint cátores ꝛ chorus: dicit pótifex ceteris sibi respondentibus antiphonam. Psal'. vi.






Ne reminiscaris domine deli




cta nostra vel parētū nostrorū



neqȝ vindictaȝ sumas de pec



catis nr̄is domie deuȝ noster.



E v o v a e.

Domine ne in furore tuo arguas me: neqȝ in ira tua corripias me.

Miserere mei domine qm̄ infirmus sum: sana me dn̄e: qm̄ cōturbata sunt omnia ossa mea.

Et anima mea turbata est valde: sed tu domine vsqȝquo.

Conuertere domine ꝛ eripe animam meaȝ: saluū me fac propter misericordiam tuam.

Quoniam non est in morte qui memor sit tui: in inferno autē qs confitebitur tibi.

Laboraui in gemitu meo: lauabo per singulas noctes lectū meum: lachrimis meis stratum meum rigabo.

Turbat⁹ est a furore oculus meus: inueteraui inter omneȝ inimicos meos.

Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem: quoniā exaudiuit dn̄s vocem fletus mei.

Exaudiuit dn̄s deprecationem meā: dn̄s orationē meā suscepit.

Erubescant ꝛ cōturbent̄ vehemēter oēȝ inimici mei: cōuertant̄ ꝛ erubescāt valde velociter. Gloria pr̄i. Sicut erat. ps. xxxi.

Beati quor̄ remisse sunt iniqtates: ꝛ quorū tecta sunt pctā.

Beatuȝ vir cui nō imputauit dominus peccatum: nec est in spiritu eius dolus.

Quoniā tacui inueterauerūt oīa ossa mea: dū clamarē tota die.

Quoniā die ac nocte grauata est sup me manus tua: cōuersus sum in erūna mea: dū cōfringit̄ spina.

Delictum meum cognitū tibi feci: ꝛ iniustitiā meā non abscondi.

Dixi: confitebor aduersuȝ me iniustitiam meaȝ dn̄o: ꝛ tu remisisti

impietatem peccati mei.

Pro hac orabit ad te omnis sanctus: in tempore oportuno.

Veruntamen in diluuio aquarum multarum: ad eum non approximabunt.

Tu es refugium meum a tribulatione que circundedit me: exultatio mea erue me a circundantibus me.

Intellectū tibi dabo: et instruam te in via hac qua gradieris: firmabo super te oculos meos.

Nolite fieri sicut equus et mulus: quibus non est intellectus.

In chamo et freno maxillas eorum constringe: qui non approximant ad te.

Multa flagella peccatoris: sperantes autem in domino: misericordia circundabit.

Letamini in domino et exultate iusti: et gloriamini omnes recti corde.

Gloria patri. Sicut erat. ps. 36

Domine ne in furore tuo arguas me: neque in ira tua corripias me.

Quoniam sagitte tue infixe sunt mihi: et confirmasti super me manum tuam.

Non est sanitas in carne mea a facie ire tue: non est pax ossibus meis a facie peccatorum meorum.

Quoniam iniquitates mee supergresse sunt caput meum: et sicut onus graue grauate sunt sup me.

Putruerunt et corrupte sunt cicatrices mee: a facie insipientie mee.

Miser factus sum: et curuatus sum vsque in finem: tota die contristatus ingrediebar.

Quoniā lumbi mei impleti sunt illusionibus: et non est sanitas in carne mea.

Afflict9 sum et humiliat9 sum nimis: rugiebā a gemitu cordis mei.

Domine ante te omne desiderium meum: et gemitus meus a te non est absconditus.

Cor meum conturbatum est in me: dereliquit me virtus mea: et lumen oculorum meorum: et ipsum non est mecum.

Amici mei et proximi mei: aduersum me appropinquauerunt et steterunt.

Et qui iuxta me erant de longe steterunt: et vim faciebant qui querebant animam meam.

Et qui inquirebant mala mihi locuti sunt vanitates: et dolos tota die meditabantur.

Ego autem tanquam surdus non audiebam: et sicut mutus non aperiens os suum.

Et factus sum sicut homo nō audiens: et non habens in ore suo redargutiones.

Quoniā in te dñe speraui: tu exaudies me dñe deus meus.

Quia dixi nequando supergaudeant mihi inimici mei: et dum cō mouentur pedes mei: super me magna locuti sunt.

Quoniam ego in flagella paratus sum: et dolor meus in conspectu meo semper.

Quoniam iniquitatem meã an
nunciabo: et cogitabo pro pecca-
to meo.
Inimici autẽ mei viuunt: et con-
firmati sunt super me: et multipli
cati sunt q oderunt me inique.
Qui retribuunt mala pro bonis
detrahebant mihi: quoniam se-
quebar bonitatem.
Ne derelinquas me domine de
us meus: ne discesseris a me.
Intende in adiutorium meũ: do
mine: deus salutis mee.
Gloria patri. Sicut erat. psal. l.
Miserere mei deus: secũdũ ma
gnam misericordiam tuam.
Et scdm multitudinẽ miserationũ
tuarũ: dele iniquitatem meam.
Amplius laua me dñe ab iniqta-
te mea: et a pcõ meo mũda me.
Quoniam iniquitatem meã ego
cognosco: et peccatũ meũ contra
me est semper.
Tibi soli peccaui et malum corã
te feci: vt iustificeris in sermoni-
bus tuis: et vincas cũ iudicaris.
Ecce enim in iniquitatibus cõ-
ceptus sum: et in peccatis conce-
pit me mater mea.
Ecce enim veritatẽ dilexisti: in
certa et occulta sapiẽtie tue mani-
festasti mihi.
Asperges me domine ysopo et
mũdabor: lauabis me et super ni
uem dealbabor.
Auditui meo dabis gaudiũ et le
ticiã: et exultabũt ossa humiliata.
Auerte faciẽ tuã a pctis meis: et
omnes iniqtates meas dele.
Cor mundum crea in me deus:
et spiritum rectũ innoua in visce
ribus meis.
Ne proijcias me a facie tua: et spi
ritũ sanctũ tuũ ne auferas a me.
Redde mihi leticiã salutaris tui:
et spiritu principali confirma me.
Docebo iniquos vias tuas: et im
pij ad te conuertentur.
Libera me de sanguinibus deus
deus salutis mee: et exultabit lin-
gua mea iusticiam tuam.
Dñe labia mea aperies: et os me
um annũciabit laudẽ tuam.
Quoniam si voluisses sacrificiũ
dedissem: vtiq holocaustis non
delectaberis.
Sacrificiũ deo spiritus contri-
bulatus: cor cõtritũ et humiliatũ
deus non despicies.
Benigne fac domine in bona vo
luntate tua syon: vt edificentur mu
ri hierusalem.
Tunc acceptabis sacrificium iu
sticie oblationes et holocausta:
tunc imponent super altare tu-
um vitulos.
Gloria patri. Sicut erat. ps. ci.
Domine exaudi orõnẽ meã:
et clamor meus ad te veniat.
Non auertas faciẽ tuã a me: in
quacũq die tribulor: inclina ad
me aurem tuam.
In quacũq die inuocauero te:
velociter exaudi me.
Quia defecerunt sicut fumus di
es mei: et ossa mea sicut cremium
aruerunt.
Percussus sum vt fenum: et aruit

cor meuz: quia oblitus sum comedere panem meum.
A voce gemitus mei: adhesit os meum carni mee.
Similis factus suz pellicano solitudinis: factus sum sicut nicticorax in domicilio.
Vigilaui: et factus suz sicut passer solitarius in tecto.
Tota die exprobrabant mihi inimici mei: et qui laudabant me aduersum me iurabant.
Quia cinerem tanq̄ panem mā ducabam: et poculū meum cuz fletu miscebam.
A facie ire indignatiōis tue: qa eleuans allisisti me.
Dies mei sicut vmbra declinauerunt: et ego sicut fenum arui.
Tu autem dn̄e ineternum pmanes: et memoriale tuuz in generatione et generationem.
Tu exurgēs misereberis syō: qa tempus miserendi eius quia venit tempus.
Quoniā placuerūt seruis tuis lapides ei⁹: et terre ei⁹ miserebunt.
Et timebunt gentes nomen tuum domine: et omnes reges terre gloriam tuam.
Quia edificauit dominus syon: et videbitur in gloria sua.
Respexit in orationem humilium: et non spreuit preces eorum.
Scribantur hec in generatione altera: et populus qui creabit laudabit dominum.
Quia pspexit de excelso scto suo: dn̄s de celo in terrā aspexit.
Vt audiret gemitus compeditorū: et solueret filios interemptor.
Vt annūciēt in syon nomē dn̄i: et laudez eius in hierusalem.
In cōueniēdo populos in vnū et reges: vt seruiant domino.
Respondit ei in via virtutis sue: paucitatem dierum meorum annuncia mihi.
Ne reuoces me in dimidio dierum meorū: in generatione et generationem anni tui.
Initio tu dn̄e terraz fundasti: et opera manuū tuarū sunt celi.
Ipsi peribunt tu autem permanes: et omnes sicut vestimentum veterascent.
Et sicut opertoriū mutabis eos et mutabuntur: tu aūt idē ipse es: et anni tui non deficient.
Filij seruor tuorū habitabūt et semen eor in seculū diriget.
Gloria patri. Sicut erat. psal.
De profundis clamaui ad te domine: domine exaudi vocem meam.
Fiant aures tue intendētes: in vocem deprecationis mee.
Si iniquitates obseruaueris domine: dn̄e quis sustinebit.
Quia apud te propitiatio est: et propter legem tuam sustinui te domine.
Sustinuit anima mea in verbo eius: sperauit anima mea in dn̄o.
A custodia matutīa vsqz ad noctem: speret israel in domino.
Quia apud dominū misericordia: et copiosa apud eū redēptio.

Et ipse redimet israel: ex omnibus iniquitatibus eius. Gloria patri. Sicut erat. Psalm.

Domine exaudi orōnē meā auribus percipe obsecrationem meam: in veritate tua exaudi me in tua iustitia.

Et non intres in iudicium cum seruo tuo: quia nō iustificabitur in conspectu tuo ōis viuens.

Quia psecut⁹ est inimic⁹ aiā me am: humiliauit in terra vitā meā.

Collocauit me in obscuris sicut mortuos sclī: ⁊ anxiatus est super me spiritus meus: in me turbatū est cor meum.

Memor fui dierū antiquorū: meditat⁹ sum in oīb⁹ opibus tuis: in factis manuū tuarū meditabor.

Expandi man⁹ meas ad te: anima mea sicut terra sine aqua tibi.

Velociter exaudi me dñe: deficit spiritus meus.

Non auertas faciē tuā a me: ⁊ similis ero descēdētibus in lacū.

Auditam fac mihi mane misericordiā tuā: quia in te speraui.

Notā fac mihi viā in qua ambulem: q2 ad te leuaui animā meam.

Eripe me de inimicis meis domine ad te confugi: doce me facere voluntatem tuam: quia deus meus es tu.

Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam: propter nomen tuū domine viuificabis me in equitatē tua.

Educes de tribulatione animā meā: ⁊ in misericordia tua disperdes omnes inimicos meos.

Et perdes omnes qui tribulāt animam meam: quoniā ego seruus tuus sum.

Gloria patri ⁊ filio ⁊ spūi sancto. Sicut erat in principio ⁊c. Deinde repetit aā. Ne reminiscaris dñe ⁊c. supra aā psalmos sub notis posita. Et subiungit imediate Letania que habet i ordinatiōe subdiaconi. s. fo. x. Cūq3 in ea dictū fuerit. Ut obsequiū seruitutis nostre tibi rationabile facias. Te rogam⁹ audi nos. Surgit ab accubitu pōtifex ⁊ in manu sinistrā accipit baculū pastoralem: ⁊ Pversus ad electū dicit. Ut hunc pñtem electū bñ ✠ dicere digneris. ℟. Te rogam⁹ audi nos. Deinde dicit. Ut hunc pñtē electū bñ ✠ dicere ⁊ sancti ✠ ficare digneris. ℟. Te rogam⁹ audi nos. Producēdo singulis vicibus super electū manu dextra signum crucis: ⁊ mox redit ad accubitū: ⁊ perficitur Letania: qua finita pontifex deposita mitra surgit ⁊ stans versus ad electum prostratum manentem dicit. Pater noster. ℣. Et ne nos inducas in tētationem. ℟. Sed libera nos a malo. ℣. Saluum fac seruum tuum domine. ℟. Deus meus sperantē in te. ℣. Mitte ei domine auxiliū de sctō. ℟. Et de syō tuere eū. ℣. Hic accipiet bñdictionē a domino. ℟. Et misericordiā a deo salutari suo. ℣. Memor esto Pgregatiōis tue. ℟. Quā crea

Repetit aā ⁊ sbiūgit letania.

fol. x.

Surgit eps cū mitra ⁊ baculū pastorale teneti manu ⁊ Pūersus ad electū dicit. ℣. sequētes pducendo signum crucis sup eum.

Finita letāia surgit sine mitra ⁊ dicit sequentes. ℣. ⁊ ōōnes electo aāeū pstrato existēte.

sti ab initio. ℣. Dñs custodiat introitū tuū ꝛ exitū tuū. ℟. Ex hoc nūc ꝛ vsqꝫ in seculū. ℣. Dñs custodiat te ab omni malo. ℟. Custodiat aiam tuam dñs. ℣. Dñe de⁹ virtutū ꝯuerte nos. ℟. Et ostende faciē tuā ꝛ salui erimus. ℣. Domine exaudi orationem meā. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cuꝫ spiritu tuo. Oremus.

Concede q̄sumus oīpotens deus affectui nr̄o tue miserationis effectū: ꝛ hūc famulū tuū: quē ad regimē aiarū eligim⁹: grē tue dono ꝓsequere: vt te largiēte cū ipsa tibi nr̄a electione placeamus. Per xp̄ꝫ dñꝫ nr̄ꝫ. ℟. Am̄. Orem⁹.

Sanctorū bonoꝝ institutor deus: qui per moysen famulū tuū: ad gubernādas ecclesias tuas ꝓpositos instituisti: tibi supplices preces effundim⁹: teqꝫ de-


Nume.xi. uotis mētibus exoramus: vt hūc famulū tuū: quē cōmunis electio famuloꝝ tuoꝝ ꝛ cōueniētia tua hodie abbatē ouiū tuarū esse cōstituit: clemēter respicere: ꝛ protectionis tue gratia munire digneris: sicqꝫ sibi subditos: cōmendatasqꝫ oues regere cōcedas: vt cū illis oibus celorum regna adipisci mereat̄: Quatenus te opitulāte dñe: apostolicis iugiter fultus


Luce.j. doctrinis: centesimo cum fructu letus: portas introeat paradisi: atqꝫ te collaudāte audire mereatur: Euge serue bone ꝛ fidelis: q2 in pauca fuisti fidelis: supra multa te constituam: intra in gaudium domini tui. Quod ipse prestare digneris: qui cum patre ꝛ spiritu sancto viuis ꝛ regnas deus. Mat.xxv.

Tum surgit electus ꝛ ante pontificem genuflectit: ꝛ pontifex extēsis manibus ante pectus dicit. Hic īcipit ꝓbationē extēsis manib⁹ añ pectus electo añ cū genuflexo.

Per omnia secula seculoꝝ. ℟. Amē. ℣. Dñs vobiscū. ℟. Et cum spiritu tuo. ℣. Sursuꝫ corda. ℟. Habemus ad dominū. ℣. Grās agamus domino deo nr̄o. ℟. Dignum ꝛ iustum est.


Vere dignū ꝛ iustum est equuꝫ ꝛ salutare. Nos tibi semper ꝛ


















Hic pō tifex ipo nit ābas manus extensas:digitis tamē nō disiun ctis:sup caput electi:⁊ eas sic te net vsqȝ ad sequētē rubricā dicēs.

Eps ponit ambas ma nus super caput electi ⁊ tenet eas sic vsqȝ duȝ dicet Susci piat.















Hic pōtifex a/ mouet manus de capite electi prosequens.

Hic pōtifex āmouet ma n⁹ de capite electi.











pietatibus misericordiã. In hu
militate principatuz. In super/
bia odiũ. In fide dilectionem.
In doctrina puigilantiaz. In
castitate continentiaz. In luxu
ria abstinentiam. In varietati
bus moderantiã. In moribus
doctrinaz. Te tribuẽte domie
talis i hoc ministerio pseueret:
qualis leuita ab apostolis ele/

ctus btũs Stephanus meruit
pdurare. Totam ab hodierna
die mundanã cõuersatioñẽ de/
spiciat: te domie bñdictionem
largiente contẽnat pñtia: dili
gat celestia: desideret sempiter
na. Sit exemplum z forma iu/
sticie: ad gubernandam regen
dãqz ecclesiam tuã fideliter: vt
speculator idoneus inter suos

collegas sem͞p inueniatur. Sit magni cõsilij: industrie ⁊ censure: efficacie ⁊ disciplinę. Ita te dñe tribuẽte: vt in oib⁹ mãdatꝫ tuis sine reprehẽsione tibi mũdo corde deseruiẽs: ad brauiũ superne vocationis multiplicato fenore cum cẽtesimo fructu coronaqꝫ iusticie: ad celestium thesauroꝝ donatiua ꝑueniat.

Qđ sequit̃ dicit plane legẽdo ita tñ q̄ a circũastantib⁹ itelligi possit. Prestante dño nr̃o iesu xp̃o: Qui cum patre ⁊ sp̃ũ sancto viuit ⁊ regnat de⁹ ꝑ oia scl'a scl'oꝝ. ℟. Amẽ. Deinde dicit Oremus.

Qđ sequitur dicit plane. Eps dicit se quẽtes oõnes stãs sine mitra.

Deus cui ois potestas ⁊ dignitas famulantur: da huic famulo tuo prosperũ sue dignitatis officium: in quo semp te timeat: tibiqꝫ iugiter placere ꝯtẽdat. Per christũ ⁊c. ℟. Amen. Oremus.

Omnium domine fons bonorum iustorũqꝫ prouectuũ munerator: tribue quesum⁹ huic famulo tuo: adeptam dignitatem bene regere: ⁊ a te sibi p̄stitã bonis operibus comprobare. Per christum dominum nostrum. ℟. Amen. Oremus.

Exaudi dñe p̄ces nr̃as: quas in conspectu tue maiestatis super famulũ tuũ fundim⁹: q vice tui nois ad gubernationẽ ouiũ tuarũ statuit̃: vt eũ respicere: ⁊ interueniẽte beato bñdicto: xl. ✠ N. bñ ✠ dicere digneris: ⁊ qui ad redẽptionẽ ⁊ ꝓtectionẽ nostrã de celo descẽdisti: ⁊ mũdo te verũ ⁊ summum pastorem exhibuisti: dicẽs: Ego sũ pastor bonus: te inuocamus: te suppliciter deprecamur: vt huic famulo tuo: quem pastoralitatis culmen subire voluisti: tua bonitas adsit ⁊ benedictio: omnibus diebus vite sue. Protege eum domine ⁊ defende: ab omnibus visibilium ⁊ inuisibilium aduersitatibus inimicorum: dirige gressus eius in viã pacis ⁊

Joã. x.

iustitie: et largire tuarum dona virtutum: iustitiam: temperantiam: fortitudinem: prudentiam: charitatem: sobrietatem: patientiam: longanimitatem: constantiam insuperabilem: fidem non fictam: spem inconcussam: mentem deuotam: humilitatem perfectam: intelligentiam rectam: benignitatem: modestiam: vnanimitatem: pacem: concordiam: castitatem: abstinentiam: vigilantiam: discretionem: rectitudinem: scientiam: pietatem: consilium: et in cunctis actibus bonis inuiolatam perseuerantiam. Aufer domine iesu christe ab eo quicquid prauum et distortum est: quicquid saluti contrarium: quicquid anime nociuum: superbiam: iactantiam: vanamgloriam: elationem: et quicquid ad vltimum tibi displicens esse potest. Circunda eum interius et exterius: tue protectionis auxilio: vt te defensore sit tutus: te protegente securus: te docente scius. Ostende ei viam per quam ambulet: tribue ei thesaurum sapientie: vt sciat et habeat vnde noua et vetera proferat. (Mat. xiij.) Fac eum in omnibus tua sequi vestigia: et de sua ministratione gaudium bonum adipisci: vt post huius seculi excursum: cum ante tribunal venerit: illud ei premium et omnibus quos tibi presentabit largiaris: quod fidelibus dispensatoribus tuis: pro tuo nomine laborantibus in terris: te promisisti daturum esse in celis. Qui cum patre et spiritu sancto viuis et regnas deus in secula seculorum. ℟. Amen.

(Eps sedens cum mitra dat electo ambabus manibus tangenti regulam dicens Accipe.) Postea sedens pontifex accepta mitra: dat ei ambabus manibus tangenti et recipienti regulam: dicens.



Accipe regulam a sanctis patribus traditam: ad regendum: custodiendumque gregem tibi a deo traditum: quantum deus ipse te confortauerit: et fragilitas humana permiserit. Accipe gregis dominici plenam prouidentiam: et animarum procurationem: et per diuine legis incedendo precepta: sis ei dux ad celestis hereditatis pascua: adiuuante domino nostro iesu christo. Deinde deposita mitra surgit pontifex et stans benedicit baculum pastoralem quem aliquis ministrorum coram eo teneat: si non sit benedictus: dicens. (Eps stans sine mitra benedicit baculum pastoralem.)

Sustentator imbecillitatis humane deus: bene✠dic baculum istum: et quod in eo exterius designatur: interius in moribus huius famuli tui: tue propitiationis clementia operetur. Per christum. ℟. Amen. Deinde aspergit illum aqua benedicta. (Aspergit baculum aqua benedicta.) Tunc sedet accipit mitram: et tradit baculum abbati coram se genuflexo ambabus manibus illum capienti: dicens. (Eps sedens cum mitra dat baculum pastoralem electo dicens Accipe.)



Accipe baculũ pastoralis offi cij: quẽ pferas caterue tibi cõ misse: vt sis i corrigẽdis vitijs pie seuiẽs: ⁊ cũ irat⁹ fueris: misericor die memoreris. Deinde deposita mitra surgit põtifex ⁊ bñdicit an nulum: quem aliquis ministrorũ coram eo tenet: si non sit benedi ctus dicens. Oremus.

Epõ stãs si ne mitra bñ dicit anulũ.

Creator ⁊ cõseruator huma ni generis: dator grẽ spiritualis. largitor eterne salutis: tu dñe e mitte tuã bñ ✠ dictionẽ sup hũc annulũ: vt quicũqz hoc sacro sctẽ fidei signo insignitus incesserit: in virtute celestis defensionis ad eternã sibi proficiat salutez. Per xpm dñz nr̃m. ℟. Amẽ. Post hec aspergit annuluz aqua bñdicta ⁊ sedens cũ mitra infigit eũ digito annulari dextre manus abbatis benedicti dicens.

Aspergit a nulũ aq̃ bñ dicta ⁊ se dẽs cuz mi tra imponit ei anuluz.

Accipe annulũ fidei scilicet si gnaculuz: quatenus spõsam dei: sanctã videlicet ecclĩã intemerata fide ornatus: illibate custodias. Tũ deposita mitra surgit põtifex ⁊ stans versus ad illum coram se genuflexum dicit. Oremus.

Epõ stãs si ne mitra di cit oõnẽ su per abbatẽ genuflexũ.

Te omnipotẽs ⁊ pijssime do mine deprecamur: hunc fa mulũ tuũ ppitius intuere: vt grã tua auxiliante: sic in sua subiecto rũqz cõuersatione: pcepta sctẽ re gule efficaciter studeat adimple re: vt trãscurso villicationis sue tẽ pore: vna cũ cõmisso sibi grege: p petua potiat beatitudine. Per xpm dñm nr̃m. ℟. Amẽ. Miser peditis põtifex accipit bñdictum abbatẽ ad osculũ pacis. Idem fa ciũt assistẽtes. Tũ surgit põtifex accedit ad altare: si missa legit. si vero cantat accedit ad sedẽ suã: ⁊ ibi psequit missã vsqz ad offerto riũ iclusiue. Bñdictus aũt abbas redit cũ assistẽtibus ad capellam suã: ⁊ ibi in altari suo similiter mis sam pseqtur vsqz ad offertoriuz iclusiue. Quo dicto põtifex sedet ante altare in faldistorio suo cuz mitra: ⁊ bñdictus abbas ante eũ medius inter assistẽtes reducit: ⁊ corã eo genuflex⁹ offert ei ex in stitutione melchiadis pape: ⁊ de more: duo itorticia seu cereos ac cẽsos: duos panes: ⁊ duo barilia vino plena: ⁊ põtificis predicta re cipiẽtis manũ reuerenter oscula tur. Deinde surgit bñdictus ab bas: põtifex lauat manus: ⁊ acce dit ad altare ac psequit missã bñ dictus vero abbas: ante scabellũ sup qd coraz se habeat missale in loco cõueniẽti medius inter assi stẽtes suos genuflexus: legit totã missam: exceptis verbis cõsecra tiõis que nõ pferet. Pro bñdicto abbate cum secreta dici sub vno: Per dñz. p põtificẽ dicit. Secre.

Epõ ⁊ assi stẽtes re cipiũt abba tẽ ad oscu lũ pacis.

Abbas bñ dict⁹ cũ assi stẽtibus re dit ad capel lã suã.

Abbas bñ dict⁹ veniẽs medi⁹ inter assistẽtes of fert epõ se dẽti cũ mi tra añ alta re.

Munera q̃sum⁹ dñe suscipe pla catus: ⁊ hũc electũ famulũ tu um semp ⁊ vbiqz misericorditer protege. Per dñm nr̃m. Per ab batẽ benedictũ dicitur. Secreta.

Secreta di cẽda ab e piscopo sub vno p dñm cũ pcedẽti.

Munera q̃sumus domine su scipe placatus: ⁊ me electũ fa mulũ tuũ semp ⁊ vbiqz miserico

Secreta di cẽda ab ab bate eodez modo.

diter ptege. Per dn̄m. Dicta oro ne. Dn̄e iesu xp̄e q dixisti aplis tu is ⁊c̄. Per pontificē ⁊ abbatē. Abbas accedit ad altare ad dextraꝫ pōtificis ⁊ ambo osculant̄ altare. Tū pōtifex dat pacē abbati dicēs Pax tecuꝫ. Cui abbas rn̄det Et cū spū tuo. Redit ad suū scabellū ⁊ dat pacē assistētib⁹ suis: p̄mo illi a dextris suis: tū alteri singulis dicens. Pax tecū. Et illi rn̄dent. Et cū spū tuo. Deinde postq̄ pōtifex se de corpore ⁊ sanguine quē totū sumere debet: cōmunicauerit ⁊ se purificauerit: anteq̄ digitos abluat cōmunicat bn̄dictū abbatē corā se ⁊ altari genuflexū: de corpore tantū q se etiā purificat. Postea pōtifex abluit digitos ⁊ sumit ablutionē. Tū accepta mitra lauat manus: ⁊ psequit̄ missaꝫ vsqꝫ ad finē: ⁊ dat bn̄dictionē solēnē. Abbas ēt in scabello suo missam pficit. Post cōmunio q̄ dicit̄ sub vno Per dominum. Cū post cōmunione dici. per pontificem.

Eps dat pacem abbati ad se accedēte ⁊ ipse assistentib⁹.

Pontifex postq̄ se cōmunicauit cōicat abbatē ⁊ dat bn̄dictionē solenē.

Hec nos dn̄e Post cōmunio. cōmunio purget a crimine: ⁊ hūc electū famulū tuū: benigna pietate cōseruet. Per dn̄m nr̄m. Per abbatē dicit̄ post cōmunio.

Hec nos dn̄e cōmunio purget a crimine: ⁊ me electū famulū tuū: benigna pietate cōseruet. Per dominum. Data bn̄dictione per pontificē si abbas benedictus est de mitra: reponitur faldistoriū ante medium altaris: ⁊ pōtifex cū mitra in eo sedet. Benedictus vero abbas birretū in capite tenēs corā eo genuflectit. Tūc pōtifex deposita mitra surgit: ⁊ bn̄dicit mitrā per acolytuꝫ sibi oblataꝫ si non sit bn̄dicta dicens. Bn̄dictio mitre. Oremus.

Eps sedēs añ altare cū mitra ⁊ bn̄dicit mitrā abbatis si de mitra.

Domine de⁹ pater oīpotēs: cuius pclara bonitas est: ⁊ virtus imēsa: a qua oē datū optimum: ⁊ oē donū pfectū: totiusqꝫ decoris ordinamentuꝫ: bn̄ ✠ dicere ⁊ scti ✠ ficare dignare hanc mitrā: huius famuli tui capiti iponēdā. Per xp̄m dn̄m nostruꝫ. R̄. Amen. Et mox eā aspgit aq̄ bn̄dicta. Deinde sedēs cū mitra iponit eam capiti bn̄dicti abbatis dicēs.

Aspergit mitrā aqua bn̄dicta ⁊ ipse sedens cū mitra imponit capiti abbatis mitra dicēs Imponim⁹ ⁊c̄.



Imponimus dn̄e capiti huius famuli tui: galeaꝫ munitionis ⁊ salutis: q̄tenus decorata facie: ⁊ armato capite: cornibus vtriusqꝫ testamēti terribilis appareat aduersarijs veritatis: ⁊ te ei largiēte grām: ipugnator eorꝫ robustus existat: qui moysi famuli tui faciē: ex tui sermonis cōsortio decoratā: lucidissimis tue claritatis ac veritatis cornibus insignisti: ⁊ capiti aarō pōtificis tui tyarā iponi iussisti. Per xp̄m dn̄ꝫ

Exo. xxxiiij

nrm. ℞. Amē. Deinde si cyrothece nō sint bn̄dicte surgit pōtifex mitra prius deposita: ⁊ eas benedicit dicens. ¶ Benedictio cyrothecarum. Oremus.

Epūs benedicit cyrothecas stās sine mitra.

Omnipotens creator: q̄ homini ad imaginē tuā cōdito: manus discretionis insignitas tanq̄ organū intelligentie: ad recte operādū dedisti: quas seruari mūdas precepisti vt in eis aīa digne portaret: ⁊ tua in eis digne cōsecrarētur mysteria: bn̄ ✠ dicere ⁊ scti ✠ ficare dignare manuuz hec tegumenta: vt qcūq3 ministrorū tuorū sacrorū pōtificū his velare manus suas cū humilitate voluerit: taz cordis q̄3 operis ei mūdiciaz: tua misericordia subministret. Per xp̄m dn̄z nostrū. ℞. Amen. Et aspergit eas aq̄ bn̄dicta. deide accepta mitra sedet ⁊ iponit illas manib⁹ bn̄dicti abbatis dicens.

Epūs aspergit cyrothecas ⁊ sedēs cū mitra iponit manib⁹ abbatis.

Circūda dn̄e manus huius ministri tui mundicia noui hoīs q̄ de celo descēdit: vt quēadmodum iacob dilectus tuus pelliculis hedorū coopertis manibus paternā bn̄dictionē: oblato patri cibo: potuq3 gratissimo ipetrauit: ⁊ sic ⁊ iste: oblata p̄ man⁹ suas hostia salutari grē tue bn̄dictionē ipetrare mereatur. Per dn̄m nrm iesuz xp̄m filiū tuū: q̄ in similitudinē carnis peccati: tibi p̄ nobis obtulit semet ipsum. Et statiz iponit ei annulū pōtificalē. deide fiūt oīa q̄ sequunt̄. Si vero abbas bn̄dictus nō sit de mitra

Gen. xxvij.

Epūs iponit annulū pōtificalē abbati.

qbus post bn̄dictionē finita missa p̄ pōtificē datā positis p̄termissis: Pōtifex mitrā in capite tenēs campanis pulsantib⁹: si sit in monasterio abbatis bn̄dicti: ducit illuz etiā mitrā in capite tenentē si sit de mitra ad choruz: ⁊ statuens eū in sede predecessoris sui: ⁊ dans ei baculum pastoralē in manum dicit.

Epūs ducit abbatē bn̄dictū ⁊ collocat i sede sui p̄decessoris ⁊ dat ei baculū pastoralez.

Accipe plenā sinistraz ⁊ liberā potestatez regendi hoc monasteriū: ⁊ cōgregationē eius ⁊ oīa q̄ ad illius regimē interius ⁊ exterius: spiritualiter ⁊ temporaliter ptinere noscunt̄. Si vero bn̄dictio fit in curia vel alibi extra monasteriū suū: pontifex statuit illum in faldistorio quo ipse vsus est ante medium altaris po nito dicens.

Sta in iusticia ⁊ sanctitate: ⁊ tene locū a deo tibi delegatuz: potens est eni deus vt augeat tibi grāz suā. Et abbas si nō sit de mitra birretū sibi ipsi reponit. Deinde pōtifex stās a dextris abbatis bn̄dicti versus ad altare mitra deposita incipit hymnuz. Schola vel clericis prosequētibus. Te deū laudam⁹. ꝫ fo. xxxv. ⁊ manet apud sedez vsq3 ad finē hymni. Dicto p̄mo ℣. surgit abbas bn̄dict⁹ si sit de mitra: ⁊ circuiens per ecclīā associatus a suis assistētib⁹ ⁊ aliis: bn̄dicit populo: rediēs ad sedē seu faldistoriū in quo sedet: ⁊ si sit in suo monasterio: recipit oēs monachos suos ad manus ⁊ oris osculū: q̄ tn̄ oēs prius ei reuerētiā exhibeant

Incepto Te deū. Et dicto p̄ ℣su si abbas sit de mitra circuit p̄ ecclīaz associat⁹ ab assistētib⁹ ⁊ benedicit pplo.

vsqꝫ ad terraꝫ. Si vo nō sit de mitra: manet sedēs in sede seu faldistorio: cooperto capite a principio hymni predicti vsqꝫ ad illius fineꝫ. ⁊ recipit oēs monachos suos ad osculuꝫ vtš. Finito hymno pontifex stās sine mitra a dextris abbatis bn̄dicti cuꝫ mitra: si sit de mitra: alioquin cuꝫ birreto sedentis super eum dicit. ℣. Confirma hoc deus qd operatus es in nobis. ℟. A templo sancto tuo quod est in hierusalē. ℣. Saluū fac seruū tuū dn̄e. ℟. Deus meus sperantē in te. ℣. Esto ei dn̄e turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Nihil pficiat inimic⁹ in eo. ℟. Et filius iniquitatis non apponat nocere ei. ℣. Dn̄e exaudi orationē meā. ℟. Et clamor me⁹ ad te veniat. ℣. Dominus vobiscuꝫ. ℟. Et cuꝫ spū tuo. Oremus.

Finito hymno ep̄s stās a dextris abbatis sedētis dicit sup eū. ℣. ⁊ orōnes sequētē.

Exaudi dn̄e p̄ces nr̄as: ⁊ super hunc famulū tuū spirituꝫ tue bene✠dictionis emitte: vt celesti munere ditatus: ⁊ tue gratiā maiestatis possit acquirere: ⁊ bene viuendi alijs exempluꝫ prebere: Per xp̄m dn̄m nr̄m. ℟. Amē.


His dictis pōtifex accepta mitra vadit ad cornu euangelij altaris. Abbas vero benedictus: si sit de mitra surgit cum mitra: ⁊ baculo pastorali: ⁊ accedens ante mediū altaris populo solēniter bn̄dicit dicēs. Sit nomen ⁊c. Qua data accedit ad cornu ep̄le altaris: ⁊ ibi dē cū mitra ⁊ baculo gēuflex⁹ versus ad pontificē dicit cantando.

Pōtifex cū mitra stat ad cornu euangelij ⁊ abbas si sit de mitra solēniter ante mediū altaris stās bn̄dicit pplo.

§ fo. xxxvij




Abbas cū mitra ⁊ baculo accedit ad cornu epistole ⁊ genuflex⁹ versus ad pōtificem dicit Ad multos annos ter semp exaltādo vocē.




Ad multos annos.

Deinde accedens ante mediū altaris: vbi iterū genuflexus versus vt prius dicit altius cantando.



Ad multos annos.

Postea accedit ad pedes pontificis vbi tertio genuflexus vt supra iteruꝫ altius cantando dicit.



Ad multos annos.

Si vero non sit de mitra obmissa benedictiōe dicit. Ad multos annos. vt supra dictu⁹ est. Quo dicto pōtifex recipit eū surgentē ad osculū pacis. Idem faciunt assistētes qui deinde abbatē benedictū Euangeliū sancti ioannis videlicet In principio erat verbuꝫ ⁊c. dicentē inter se mediū ad eius capellā reducūt cū mitra si ea vtit̄ ⁊ baculo pastorali icedētē. Pontifex vo pacis osculo vt p̄mittit̄ abbati dato dicit sūmissa voce. Bo

Pōtifex recipit abbatē ad osculū pacis.

min⁹ vobiscū. Initiū sancti euāgelij sm ioānē. In principio erat vbū zč. signat altare z se: z apud suū faldistoriū deponit sacras vestes. Quib⁹ depositis abbas bñdictus pōtifici z assistētibus pro more gratias agit: z vadūt in pace omnes. ¶ De bñdictione abbatis auctoritate ordinaria.

Ritus benedicendi abbatē istitutū auctoritate ordinarij, z non pape.

Benedicēdus abbas si nō sit puisus a sede aplica: sed p ordinariū suū: aut eius auctoritate bñdicit die statuto: Pro ei⁹ bñdictione agēda: ordiant oia que supra in bñdictione abbatis auctoritate aplica posita sūt. Deinde pōtifex accipit oia pōtificalia paramēta. z sedet cū mitra in faldistorio añ mediū altaris preparato. Electus vo in sua capella indut⁹ amictu: alba: cingulo: stola: manipulo z pluuiali: ac sandalijs: si illis ex priuilegio vti possit: z missa legēda sit. Ducit medius inter duos abbates assistentes suppellicio: stola z pluuiali idutos: z mitras in capite portātes: si sint ad hoc puilegiati corā pōtifice. Cui facta reuerētia debita: sedēt oēs: z examinat z approbat eius electio. si nō sit pri⁹ examinata z approbata. Quo facto electus prosternit se i terrā añ mediū altaris: z pōtifex deposita mitra surgit z incipit schola prosequēte. Añaz.

Abbas ducit medi⁹ inter assistentes z psternit se añ mediū altaris Et epūs surgit sine mitra z icipit añā Emitte.

Epūs dicit assistētibus ps Exurgat.



ōfirma hoc deus qđ operatus



es in nobis a templo sacto tuo



qđ est in hierusalem. Eu o v a e. Qua finita icipit z dicit cū assistētibus vsqz ad finē psalmū sequētē. Quo incepto sedet cuz mitra.

Exurgat de⁹ z dissi ps. lxvij. pent inimici eius: z fugiant qui oderunt eum a facie eius.

Sicut deficit fumus deficiant: sicut fluit cera a facie ignis: sic pereant peccatores a facie dei.

Et iusti epulent z exultēt in cōspectu dei: z delectent in leticia.

Cantate deo: psalmū dicite nomini eius: iter facite ei qui ascēdit super occasum: dñs nomē illi.

Exultate in ɔspectu eius: turbabunt a facie eius patris orphanorū: z iudicis viduarum.

Deus in loco sancto suo: deus q inhabitare facit vnius moris in domo.

tie virginalis exerceant. His igit̃
virtutũ armis: has tuas famulas
interius: exteriusqꝫ cõmuniẽs: ꝑ/
sta: inoffensuꝫ cursuꝫ virginitatis
implere. Per xp̄m dñm nr̄m. ℟.
Amen. Tũ põtifex accepta mitra
stans dicit sequentem bñdictio/
nem super illas genuflectentes.

Pontifex stans cũ mitra dicit sequentẽ bñdictionẽ super ℣gines genuflexas.

BEnedicat vos deꝰ pa✠ter
⁊ fi✠lius ⁊ spiritus✠ san
Ephe.j. ctus: omni benedictione spiritua
li: vt manentes semꝑ incorrupte:
inuiolate: ⁊ imaculate: sub vesti/
mento sancte marie matris dñi
nostri iesu xp̄i: requiescat suꝑ voꝫ
spiritus septiformis gratie: spũs
Ysa.xj. sapientie ⁊ intellectuꝫ: spũꝫ cõsilij
⁊ fortitudinis: spiritus scientie ⁊
pietatis: ⁊ repleat vos spũꝫ timo
ris domini: fragiles solidet: inua
lidasqꝫ cõfirmet pietate alleuet: ⁊
mentes regat: vias dirigat: cogi
tationes sanctas instituat: actus
probet: opera perficiat: charitate
edificet: sapientia illuminet: casti
tate muniat scientia instruat: fide
firmet: in ṽtute multiplicet: ĩ scita
te sublimet ad patiẽtiã preparet:
ad obedientiam subdat: sobrias
ꝓtegat: ⁊ pudicas in infirmitate
visitet: in dolore releuet: in tẽpta
tione custodiat: in prosperitate tẽ
peret: in iracundia mitiget: in ini
quitate emundet: infundat gra/
tiaꝫ: remittat offensaꝫ: tribuat di
sciplinaꝫ: vt his ⁊ similibuꝫ virtu
tibus fulte: ⁊ sanctis operibus il
lustrate: illa semper studeatiꝫ age
re: que digna fiant remuneratio
ne. Illũ habeatis testeꝫ: queꝫ ha/
biture estis iudiceꝫ: ⁊ vos aptetis
vt prefulgentẽ gestetis in manu
lampadẽ: intrature sponsi thala/
muꝫ: occurratis cuꝫ gaudio: ⁊ ni/
hil in vobis reperiat fetidũ: nihil
sordidũ: nihil occultũ: nihil corru
ptuꝫ: nihil inhonestũ: sed niueas
⁊ candidas aĩas: corporaqꝫ luci/
da atqꝫ splendida: vt cũ ille dies
tremẽdus remunerationis iusto
ruꝫ: retributionisqꝫ maloruꝫ ad/
uenerit: non inueniat in vobiꝫ vl
trix flamma quod vrat: sed diui/
na pietas quod coronet: quaꝫ iaꝫ
in hoc seculo cõuersatio religiosa
mũdauit: vt ad tribunal eterni re
gis ascensure: celsaqꝫ palatia: cuꝫ
ijsdeꝫ mereamini habere portio/
neꝫ: q sequuntur agnũ: ⁊ cantant
canticũ nouũ sine cessatione: illic
percepture premiũ post laboreꝫ:
semperqꝫ maneatis in viuentiuꝫ
regione. Atqꝫ ipse benedicat voꝫ
de celis: q per crucis passionẽ hu
manũ genus est dignatuꝫ venire
in terris redimere: Iesuꝫ christus
dñs noster. Qui cũ eterno patre
⁊ spiritu sancto in vnitate ꝑfecta
viuit ⁊ regnat deus in secula secu
lorũ. ℟. Amẽ. Deinde põtifex se/
dẽs cuꝫ mitra: publica voce ana/
thema ponit: ne quis eas a diui/
no seruitio: que vexillo castitatis

subiecte sunt abducat. Nullus ea rum bona surripiat: sed ea cum quiete possideant in hanc formã.



Auctoritate oĩpotentis dei ꝛ beatorum petri ꝛ pauli apostolorũ eius: firmiter ꝛ sub interminatione anathematis inhibemus: ne quis p̃ntes virgines seu sanctimoniales a diuino seruitio cui sub vexillo castitatis subiecte sunt abducat: nullus earũ bona surripiat: sed ea cum qete possideant. Si qs aũt hoc attẽptare p̃sũpserit. Maledict⁹ sit in domo ꝛ extra domũ. Maledict⁹ in ciuitate ꝛ in agro. Maledict⁹ vigilãdo ꝛ dormiẽdo. Maledict⁹ mãducando ꝛ bibẽdo. Maledict⁹ ambulãdo ꝛ sedẽdo. Maledicta sint caro eius ꝛ ossa: ꝛ a planta pedis vsqꝫ ad verticẽ nõ habeat sanitatem. Ueniat sup illũ maledictio hoĩs quã per moysen in lege filijs iniqtatis dñs p̄misit. Deleat̃ nomen eius de libro viuẽtiũ: ꝛ cuꝫ iustis nõ scribat̃. Fiat pars ꝛ hereditas eius cũ cayꝫ fratricida: cũ dathan ꝛ abiron: cũ anania ꝛ saphira cuꝫ simone mago ꝛ iuda proditore: ꝛ cuꝫ eis qui dixerũt deo. Recede a nobis semitã viaꝝ tuaꝝ nolum⁹. Pereat in die iudicij: deuoret eũ ignis perpetuus cũ diabolo ꝛ ãgelis ei⁹: nisi restituerit ꝛ ad emẽdationẽ venerit. Fiat fiat. Tũ dicit Alleluia vel tract⁹ si sit dicendus ꝛ cetera vsqꝫ ad offertoriuꝫ iclusiue: virginibus in ordine suo manentib⁹. Alleluia. ℣. Lauda aĩa mea dñꝫ: laudabo dñꝫ in vita mea psallã dño meo q̃diu ero. — Completo anathemate põtifex i missa procedit.

Euãgelium ſm matheum. — ca. xxv.

In illo tẽpore: dixit iesus discipulis suis parabolã hãc. Simile est regnũ celoꝝ decem virginibus: que accipiẽtes lãpades suas: exierũt obuiã spõso ꝛ spõse. Quinqꝫ autẽ ex eis erant fatue: ꝛ qnqꝫ prudentes. Sed quinqꝫ fatue: acceptis lampadibus: non sumpserunt oleum secum. Prudẽtes vero acceperunt oleum in vasis suis cum lampadibus. Moram autẽ faciente sponso: dormitauerunt omnes ꝛ dormierũt. Media aũt nocte clamor factus est: ecce spõsus venit: exite obuiã ei. Tũc surrexerũt omnes virgines ille: ꝛ ornauerũt lãpades suas. Fatue autem sapientibus dixerũt: date nobis de oleũ vestro qꝛ lãpades nostre extinguunt̃. Rñderunt prudentes dicentes. Ne forte nõ sufficiat nobis ꝛ vobis: ite potius ad vendentes ꝛ emitte vobis. Dum autẽ irent emere venit sponsus: ꝛ que parate erãt: intrauerũt cũ eo ad nuptias: ꝛ clausa est ianua. Nouissime vero veniũt ꝛ relique ṽgi

nes dicẽtes: Dñe dñe: aperi nobis. At ille rñdẽs ait: Amen dico vobis: nescio vos. vigilate itaqз: q2 nescitis diẽ neqз horã. Offert.

Sperent in te oẽs qui nouerũt nomen tuũ dñe: qm̃ nõ derelinquis querẽtes te: psallite dño qui habitat in syon: quoniã non est oblitus orationes pauperũ. Offertorio dicto singule virgines cõsecrate: velatis capitibus: ad manus pontificis in faldistorio ante mediũ altaris cuз mitra sedentis offerunt: coram eo genuflexe: quelibet candelaз accensam: ꝛ alia si velint.



Interim paranť pro eis tot hostie consecrande: quot sunt ipse numero. Facta oblatione põtifex cũ mitra sedens lauat man9: deinde deposita mitra surgit ꝛ ꝓsequiť missã more ꝯsueto.

Facta oblatione pontifex man9 lauat ꝛ sequiť missaз ꝛ hostie paranť p virginib9 cõicandis.

Oblatis hostijs q̃sumus dñe: p̃ñtibus famulabus tuis ꝑseuerãtiã perpetue virginitatis accõmoda: vt apertis ianuis: sũmi celestis regis thalamũ: cuз leticia mereanť intrare. Per dñm ꝛc. Sec. Postq̃ põtifex se de corpore ꝛ sanguine cõmunicauerit ꝛ se purificauerit: anteq̃ digitos abluat: virgines ꝯsecrate accedũt ante altare vbi in plano inferiori genuflectũt in modũ medie corone: ꝛ dicũt submissa itelligibili tñ voce. Cõfiteor deo oĩpotẽti ꝛc. Põtifice ad eas verso capite detecto stante: dicta cõfessione: põtifex stãs vtsз dicit. Misereať vestri oĩpotens deus: ꝛ dimissis peccatis vestris ꝑducat vos ad vitã eternã. ℞. Amẽ. Indulgentiaз absolutionẽ ꝛ remissioneз peccatoꝝ vestroꝝ tribuat vobis oĩpotens ꝛ misericors dñs. ℞. Amen. Et manu dextra signũ crucis sup eas ꝑducit: tũ accedũt ad supremũ graduз altaris virgines ipse bine ꝛ bine: ꝛ ibidẽ genuflectũt: põtifex vero ponit hostias cõsecratas sup patenam pro numero virginũ: ꝛ accipiẽs successiue manu dextra iter pollicẽ ꝛ indicẽ singulas hostias cũ eis ante faciem cõicãde format signũ crucis: ꝛ cõtinuo cũ sinistra patenaз: dextre supponit: ac singulas cõicat: cuilibet dicẽs. Corp9 dñi nr̃i iesu xp̃i custodiat te ꝛ ꝑducat in vitã eternã. Quelibet priusq̃ cõmunionẽ sumit: osculať manũ dextrã pontificis. Unus capellanoꝝ põtificis superpellicio idutus stans iuxta cornu epistole altaris calicem habẽs: nõ illũ cũ quo põtifex celebrauit: sed aliũ cũ vino ꝛ mappulã mũdã in manib9: ad quẽ singule cõmunicate accedũt ꝛ se purificant: extergũt os ꝛ ad parteз

Pontifex sine mitra stans cõuersus ad eas dicit Misereatur ꝛc ꝛ eas bñdicit

Capellan9 põtificis cũ suppellicio ad cornu epistole eas cũ calice purificat ꝛ ad partẽ genuflectunt.

vt prius genuflectūt: omnibus cō municatis: ipse virgines ante altare vt in missa fuerunt genuflexe simul cantant aīām.

Virgines cōsecrate simul genuflexe cātāt aīā.



Mel et lac ex eius ore suscepi et



sanguis eius ornauit genas meas. Interim pōtifex patenā cū pollice dextre manus extergit diligēter sup calicē: ne qd de sacramēto sup ea remaneat abluit etiā super calicē digitos: et ablutionē sumit: tum accepta mitra stās lauat manus: deinde pficit missam. Cōio.

Epūs se purificat et missaz pficit.

Redime me deus isrl' ex oib⁹ angustijs meis. Postcōio.

Deus qui habitaculū tuū in corde pudico fundasti respice sup has famulas tuas: et que castigationibus assiduis postulant: tua ɔsolatione participent. Per dnm nrm. Missa finita pōtifex dat bñdictionē solēnez: qua data: sedet cum mitra in faldistorio suo ante mediuz altaris: et virgines cōsecrate coram ipso genuflectunt: quas presentat abbatisse etiā corā eo genuflexe dicens.

Data bñdictione epūs sedet cū mitra añ mediū altaris et pñtat oēs virgines bñdictas genuflexas abbatisse genuflexe dicēs. Uide etc.

Uide quō istas consecratas deo serues: et represētes immaculatas: reddituram pro eis rationē: ante tribunal sponsi earuz venturi iudicis. Et quia in nōnullis monasterijs est cōsuetudo q loco diaconissatus q in qbusdaz antiquis pōtificalibus habetr virginibus cōsecratis datur facultas dicēdi officiū et incipiendi horas canonicas in ecclia: conuenienter id fit hoc modo. Pōtifex stās ante faldistoriū pdictuz sine mitra: virginibus cōsecratis corā eo genuflexis dicit. Dñs vobiscū. ℟. Et cū spiritu tuo. Orem⁹.

Pontifex stās sine mitra añ altare dicit oōnez sup vgīnibus genuflexis.

Exaudi dñe preces nostras: et super has famulas tuas spiritū tue bñ ✠ dictionis emitte: vt celesti munere ditate: et gratiaz tue maiestatis possint acquirere: et bene viuendi alijs exemplū pbere. Per christū dominū nostrū. ℟. Amē. Tū sedet pontifex accepta mitra et tradit breuiariū illis ambabus manibus ipsum tangentibus: et pontificibus manuz deosculantibus singulis dicens.

Pōtifex sedet cū mitra et dat breuiarium singulis virginib⁹ illud tāgentibus et dicit Accipe. etc.



Accipe potestatē legendi officiū et incipiēdi horas in ecclesia: In nomine pa ✠ tris et fi ✠ lij et spi ✠ ritus sancti. Surgit pōtifex mitra deposita et ɔuersus ad altare icipit hym. Te deū laudam⁹. ꝟ fo. xxxv. Quē chorus psequit vsqz ad finē. et eo finito due

Pontifex stās sine mitra conuersus ad altare icipit Te deūm chorus psequitur

ex choro dicūt ℣. Confirma hoc deus qd operatus es in nobis. ℟. chorus. A templo sancto tuo qd est in hierl'm. Et pōtifex stans in cornu ep'le altaris cōuersus ad altare ex libro ibidē sup altari posi to dicit.

Epo stans sine mitra i cornu ep'le conuersus ad altare di cit oronez. Actiones.

Actiones nr̄as q̄su mus dn̄e aspirādo pueni & adiuuādo psequere: vt cūcta nostra operatio a te semp incipiat: & per te cepta finiat. Per xp̄z dominū nostrū. ℟. Amē. Post hec cōsecrate reuertunt ad claustrū. & pōtifex sacris vestibus depositis vadit in pace. ¶ De benedictione & coronatione regis.



Cum rex est coronādus episcopi regni ad ciuitatē vbi coronatio fieri debet cōuocāt. Rex triduanū ieiuniū deuote peragit: per hebdomadā pcedentē: videlicet: quarta & sexta feria & sabbato. Dn̄ica vero prime sequēti coronātur. qua ipse rex ad cōionez se parat. Ecclesia vero ipsa cathedralis siue metropolitica: vbi solēnitas celebrabit: paratur & ornat quo melius fieri poterit. Ad altare maius parant ea que consueta sunt parari pōtifice celebrāte. & credētia iuxta: cū rebus oportunis. sup altare ponit gladius: corona & sceptrū regi dāda. & oleum exorcismo: idest cathecuminoz. Bombix ad ligādū & extergendū brachiū regis & inter scapulas post vnctionē. Fascia ad ligādū bōbicē in brachio. Parat in eccl'ia in loco cōpetenti thalamus siue suggestum pro rege: in q̄ sit regalis sedes ornata. & thalamus ipse sit ornatus pānis sericeis & auleis. Sed aduertēduz q altitudo thalami nō sit maior q̄z gradus supremus altaris. Paratur etiā in loco cōuenienti tētoriū siue papilio: sub quo rex vestes regales pro regni cōsuetudine que ibidez pro eo parant: suo tēpore recipit. Et si regina etiā simul est coronāda: parat pro ea alius thalamus: nō loge a regio: sed illo aliquātulū humilior: & ita sunt situādi thalami: vt inde possint videri altare: & pōtifex celebrans. Parant etiā ante altare hinc & inde sedilia p numero epoz coronationi interessentiū. ¶ Die aūt dominica qua rex benedicendus & coronandus est: oēs epi conueniunt mane in eccl'ia: in qua hoc fieri debet: & metropolitanus siue pōtifex ad quē spectat: parat se solemniter cū ministris: missaz celebraturus: paramētis tempori cōuenientibus. Epi vero induunt superpellicijs. Amictibus. Stolis. Pluuialib' albis & mitris simplicibus: quibus omnibus paratis. Metropolitanus in faldistorio

Rex coronandus triduanū ieiuniū peragit

Eccl'ia vbi rex coronari debet solēniter paratur.

Papilio parat p rege.

Si regina est bñdicenda paratur thalam' p ea.

Oēs epi regni debent cōuenire in coronatiōe regis.

Metropolitanus sedet añ medium altaris cuꝫ mitra ⁊ alij epĩ parati hinc inde.

ante mediũ altaris posito sedet cũ mitra: ⁊ pontifices parati hinc et inde sup sedilibus ꝑ eis paratis quasi in modũ corone sedẽtes sibi assistunt. Interiꝫ rex vestibus militaribus indutus cũ suis prelatis domesticis nõ paratis: ac baronibus nobilibus ⁊ alijs venit ad ecclãꝫ: ⁊ cũ fuerit prope ꝓsbyteriũ: duo priores epĩ ex paratis: veniũt ei obuiaꝫ ⁊ cũ mitris capita illi aliquãtulũ iclinãtes: ipsũ inter se mediũ vsqꝫ ante metropolitanuꝫ deducunt: cui rex birreto deposito: caput inclinans: humiliter reuerentiã exhibet: qua facta prior epoꝝ deducentiũ: stans detecto capite versus ad metropolitanuꝫ: dicit intelligibili voce.

Prior illorũ duorum eporũ stanꝫ detecto capite dicit metropolitano reuerẽdissime pater ⁊c.



Reuerendissime pater postulat sctã mater ecclesia: vt presentẽ egregiũ militeꝫ ad dignitatẽ regiaꝫ subleuetis. Interrogat metropolitanus. Scitis illũ esse dignũ ⁊ vtilẽ ad hãc dignitateꝫ? Ille respondet. Et nouimꝰ ⁊ credimus eũ esse dignũ ⁊ vtilẽ ecclie dei: ⁊ ad regimẽ huius regni. Metropolitanus dicit. Deo gratias. Tũ sedet rex medius inter duos epos deducentes: cõgruenti spacio a metropolitano: ita vt illi faciẽ vertat: ipsi etiã deducẽtes epĩ: senior ad dextrã: alius ad sinistrã regis se collocant: vt ⁊ ipsi ad alterutrũ facies vertant: qbus sic sedentibus: postq̃ aliquantuluꝫ quieuerint. Metropolitanus coronandũ regẽ diligenter instruit: ⁊ admonet de fide: ⁊ dilectione dei ac salubri regimine regni ⁊ populi: defensione eccliaruꝫ: ⁊ miserabilium personarũ: ⁊ alijs oportunis: voce cõgruẽti ⁊ intelligibili.

Metropolitanus dicit Deo gras.

Rex sedet medius inter duos episcopꝰ qui faciẽ habeat ad eius metropolitanũ ⁊ episcopi mutuo se respiciant.

Metropolitanꝰ regẽ de agendis instruit.

Cum hodie per li sic dicens: manus nr̃as optime princeps q xp̃i saluatoris nr̃i vice i hac refungimur: q̃uis idigni: sacram vnctionẽ: ⁊ regni insignia sis suscepturus: bñ est: vt te p̃us de onere ad quod destinaris: aliquãtulũ moneamus. Regiã hodie suscipis dignitatẽ: ⁊ regẽdi fideles populos tibi cõmissos curã sumis. Preclarũ sane inter mortales locũ: sed discriminis: laboris: atqꝫ anxietatis plenũ. Uerũ si cõsideraueris: ꝙ ois potestas a dño deo est: per quẽ reges regnant: ⁊ legũ conditores iusta decernũt: quodqꝫ de grege tibi cõmisso ipsi deo rationeꝫ es redditurus: primum pietateꝫ seruabis: dñm deum tuũ tota mente: ac puro corde coles. Christianã religionẽ: ac fidẽ catholicã quã ab incunabulis ꝓfessus es: ad finẽ vsqꝫ inuiolatã retinebis: eãqꝫ contra oẽs aduersantes pro viribus defendes. Ecclesiarũ pre

Ro. xiij.

Prouer. viij

latis: ac reliquis sacerdotibus: cõdignã reuerentiã exhibebis. Ecclesiasticam libertatem non inculcabis. Justiciam sine qua nulla societas diu consistere potest: erga oẽs inconcusse administrabis: bonis premia: noxijs debitas penas tribuẽdo. Uiduas: pupillos: pauperes ac debiles ab omni oppressione defendes. Omnibus te adeũtib⁹: benignum: mansuetũ atq; affabilem: pro regia tua dignitate: te prebebis. Et ita te geres: vt non ad tuam: sed ad totius populi vtilitatem regnare: premiumq; benefactorũ tuorum: non in terris: sed in celo expectare videaris. Qđ ipse tibi prestare dignet: qui viuit et regnat deus in secula seculorum. Quo facto rex electus accedit ad metropolitanũ: et corã eo detecto capite genuflexus osculatur eius manum: et facit hanc professionem dicens.

Rex detecto capite corã metropolitano genuflex⁹ osculata eius manu facit promissionem hãc Ego etc.



EGo. N. deo annuente futurus rex. N. profiteor et promitto corã deo et angelis eius: deinceps legem: iusticiam et pacem ecclesie dei: populoq; mihi subiecto: pro posse et nosse: facere: atq; seruare: saluo condigno misericordie dei respectu: sicut: in consilio fidelium meorum melius potero inuenire. Pontificibus quoq; ecclesiarum dei: condignũ et canonicum honorem exhibere: atq; ea q̃ ab imperatoribus et regib⁹: ecclesijs collata et reddita sunt: inuiolabiliter obseruare. Abbatibus comitibus et vasallis meis: congruum honorem: sm consiliũ fidelium meorum prestare. Deinde ambabus manibus tangit librum euangeliorũ: quem metropolitanus ante se apertũ tenet dicens. Sic me de⁹ adiuuet: et hec sancta dei euãgelia. His expeditis illo genuflexo manente. Metropolitanus deposita mitra surgit et stans versus ad ipsum coronandum: dicit competẽti voce sequẽtem orationem: quã etiam dicunt omnes põtifices parati similiter sine mitris stantes: dicunt etiam omnia alia: benedictionem et consecrationem ipsam cõcernẽtia voce submissa. Metropolitanum tamen in omnibus obseruantes et imitantes.

Rex tactis euangelijs ambab⁹ manibus iurat etc.

Oremus.

OMnipotens sempiterne deus: creator omnium: imperator angelorum: rex regum et dominus dominantium: qui abraham fidelem seruum tuũ: de hostibus triũphare fecisti. Moysi et iosue populo tuo p̃latis victoriã multiplicem tribuisti: humilẽq; dauid puerum tuũ regni fastigio sublimasti: et salomonẽ sapie: pacisq; inef-

.j. thi. j.
Gen. xvij.
Nume. xxj. iosue p totũ
.j. Re. xvj.
iiij. Re. iij.

fabili munere ditasti. Respice q̄s
mus dn̄e ad p̄ces humilitatis no
stre: ⁊ sup hunc famulū tuum. N.
quē supplici deuotione: in tuo no
mine veneramur: ⁊ in regē eligi
mus: bene ✠ dictionū tuaꝝ do
na multiplica: eumqꝫ dextera po
tentie tue semp hic ⁊ vbiqꝫ circū
da: quatenus p̄dicti abrahe fide
litate: moysi māsuetudine fretus:
Dauid humilitate exaltatus: Sa
lomonis sapientia decoratus: ti
bi in oibus complaceat: ⁊ per tra
mitē iustitie: inoffenso gressu sē
per incedat: tue quoqꝫ protectio
nis galea munitus: ⁊ scuto insu
perabili iugiter protectus: armis
qꝫ celestibus circūdatus: optabi
lem de hostibus crucis xp̄i victo
riā: fideliter obtineat: ⁊ triūphū
feliciter capiat: terroremqꝫ sue po
tentie illis inferat: ⁊ pacē tibi mi
litantibus letanter reportet: per
xp̄m dn̄m nr̄m: qui virtute crucis
tartara destruxit: regnoqꝫ diabo
li superato: ad celos victor ascen
dit: in quo potestas ois regniqꝫ
ꝯsistit victoria: q est glīa humiliū
⁊ vita: salusqꝫ pplorū: qui tecū vi
uit ⁊ regnat i vnitate ⁊c. ℟. Amē.



Post hec metropolitanus cū
mitra ꝓcumbit supra faldi
storiū. Rex vero ad eius sinistraꝫ
in terrā se prosternit: alijs prelatis
paratis an̄ sedilia aut scamna sua
similiter ꝓcumbētibus. Tunc cā
tores incipiunt ⁊ ꝓsequunt Leta
niaꝫ. s. fol. x. Choro respondente.
Cū dictū fuerit. Ut obsequiū ser
uitutis nostre tibi rationabile fa
cias. Te rogam⁹ audi nos. Me
tropolitan⁹ se erigens ⁊ accepto
baculo pastorali in sinistrā manū
sup electū regē ꝓstratū dicit. Ut
hunc electū in regē coronandū:
bn̄ ✠ dicere digneris. ℟. Te ro
gamus audi nos. Secūdo dicit.
Ut hunc electū in regē coronan
dū bene ✠ dicere: ⁊ conse ✠ cra
re digneris. ℟. Te rogamus au
di nos. Producendo super euꝫ
signum crucis vbi in textu signa
tum est. Idem dicunt ⁊ faciūt epi
scopi parati genuflexi tamen per
manentes: quo dicto metropoli
tanus redit ad accubitum: Can
toribus resumentibus ⁊ perfici
entibus Letaniā qua finita me
tropolitanus deposita mitra sur
git: illo ꝓstrato: ac episcopis de
positis mitris genuflexis manē
tibus versus ad coronādum an
nunciat. Pater noster. ℣. Et ne
nos inducas in temptationeꝫ. ℟.
Sed libera nos a malo. ℣. Sal
uum fac seruum tuum domine.
℟. Deus meus sperantem in te.
℣. Esto ei domine turris for
titudinis. ℟. A facie inimici. ℣.

Metropolitan⁹ ꝓcumbit sup faldistoriuꝫ et rex ad sinistrā ei⁹ se ꝓsternit alijs ꝑlatis sup ꝑua sedilia ꝓstratis et cātores cātant letaniā

Metropolitanus solus se erigēs cū mitra tenēs i sinistro baculuꝫ pastoralē dicit ℣. sus sup regē ꝓstratū ꝓducēdo super eum signū crucis vbi signatū est in textu.

Metropolitan⁹ dictis ℣. redit ad accubituꝫ.

Solus metropolitan⁹ surgit finita letania ⁊ dicit sup regē pater nr̄ et ℣. ⁊ oronē ⁊c.

D[omi]ne exaudi oratione[m] meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscu[m]. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

P Retende q[uesu]mus d[omi]ne huic famulo tuo dextera[m] celestis auxilij: vt te toto corde perquirat: et q[uod] digne postulat: asseq[ui] mereat[ur].

Actiones n[ost]ras quesumus domine aspirando p[re]ueni et adiuuando p[ro]sequere: vt cuncta n[ost]ra oratio et operatio: a te semp[er] incipiat: et p[er] te cepta finiat[ur]. Per xp[istu]m d[omi]n[u]m nostru[m]. ℟. Amen. Post hec metropolitanus sedet: accipit mitra[m] et electus rex cora[m] eo genuflectit: et circu[m]asta[n]tib[us] p[re]latis paratis cu[m] suis mitris in modu[m] corone metropolitanus intingit pollice[m] dextre manus in oleu[m] cathecuminoru[m]: et inungit in modu[m] crucis cu[m] eode[m] oleo cathecuminoru[m] illius brachiu[m] dextrum: inter iunctura[m] manus et iunctura[m] cubiti: ac inter scapulas dicens: legendo hanc orationem.

Metropolitanus sede[n]s cu[m] mitra circu[m]stantibus ep[iscop]is cu[m] mitris vngit brachiu[m] et spatulas regis cu[m] oleo cathecuminoru[m].



De. j. Deus dei filius iesus xp[istu]s dominus noster: q[ui] a patre oleo exultationis vnctus est pre participibus suis ipse p[er] presente[m] sancte vnctionis infusione[m] spiritus paracliti: sup[er] te bene✠dictione[m] infundat: eandemq[ue] vsq[ue] ad interiora cordis tui penetrare faciat: quatenus hoc visibili et tractabili oleo: dona inuisibilia p[er]cipere: et temporali regno iustis moderationib[us] executo: eternaliter co[n]regnare ei merearis: qui solus sine pect[o]. Rex regu[m] viuit: et gloriatur cu[m] deo patre in vnitate spiritus sancti deus: per omnia secula seculorum. ℟. Amen. Oremus.

Omnipote[n]s sempiter[n]e deus qui azahel super syriam: et iheu sup[er] israel per heliam: Dauid quoq[ue] et saulem per samuele[m] prophetam: in reges inungi fecisti: tribue q[uesu]mus: manibus nostris ope[m] tue b[e]n[e]dictionis: et huic famulo tuo. N. quem hodie: licet indigni: in rege[m] sacro vngimine delinimus: dignaq[ue] delibutionis huius efficacia[m]: et virtute[m] co[n]cede: constitue d[omi]ne principatu[m] sup[er] humeru[m] eius: vt sit fortis: iustus: fidelis: p[ro]uidus et indefessus regni huius et populi tui gubernator: infideliu[m] expugnator: iusticie cultor: meritoru[m] et demeritoru[m] remunerator: ecclesie tue sancte: et fidei christiane defe[n]sor: ad decus et laudem tui nominis gloriosi. Per dominum nostrum iesu[m] christu[m] filium tuum: Qui tecu[m] viuit et regnat in vnitate spiritus sancti deus. Per omnia secula seculor[um]. ℟. Ame[n]. Quo facto metropolitan[us] lauat et abstergit man[us]: surgit cu[m]

iiij. Re. viij. iij. Re. ix. j. Re. xvj. j. Re. x. Psa. ix.

Metropolitanus extergit manus et stans sine mitra ante altare facit cōfessionē et alij epi stantes sine mitris bini et bini idē faciunt.

mitra: et descendit ante altare vbi deposita mitra stans cū suis ministris facit confessionem. Rex vero electus ad partē se retrahit: et genuflexus cū suis prelatis domesticis idez facit. Similiter et epi parati sine mitris stātes bini et bini cōfessionem dicunt. Finita confessione metropolitanus ascendit ad altare: et pcedit in missa more solito vsqz ad Alleluia exclusiue: prelatis paratis iuxta sua sedilia stātibus vel sedētibus put tēpus requirit. Interiz schola inchoat introituz. et proseqtur in missa: et rex a suis ducit in sacristiā: vel sub papilione ad hoc parato: vbi inter scapulas et brachiū inunctum bombice bene abstergitur: et induit regalibus idumētis: ex more regni. Paratus itaqz rex et ornatus: procedit cum suis p̄latis: baronibus et alijs ad eminentez et ornatū thalamū in eccl'ia sibi p̄paratū: et ibi sup aliquo faldistorio ornato: genuflexus incūbens audit missam: quā p̄lati sui nō parati circūastātes etiam genuflexi plane legunt vsqz ad Alleluia exclusiue. Missa dicitur de die: et cū oratione diei dicitur pro ipso electo rege sub vno Per d. hec orō

Rex a suis ducitur i papilione vbi cū bombice extergit vnctura olei et iduit vestibus regalibus qbus idutus pcedit ad thalamū suū z emunitē.

Deus regnoz omniū protector: da seruo tuo. N. regi nostro: triūphū virtutis tue sciēter excolere: vt qui tua cōstitutione est princeps: tuo semp munere sit potens. Per dominū nr̄m iesum christū filiū tuū: Qui tecuz viuit et regnat in vnitate spiritus sancti deus. Per omnia secula seculoz. R. Amen. Graduale cantato metropolitanus sedet ante altare cum mitra in faldistorio. et rex a suis associatus: medius iter priores prelatos paratos: ad metropolitanum reducit: cui facta reuerētia vt prius genuflectit corā eo. Tunc metropolitanus accipit gladium quem vnus ministrorum sibi porrigit de altari: et illum euaginatum tradit in manus regis dicens.

Metropolitanus gladium euaginatuz tradit in manus regis dicēs. Accipe etc.



Accipe gladiū: desuper altari sumptum p nostras manus: licet indignas: vice tamen et auctoritate sanctorū apostolorū consecratas: regaliter tibi concessuz: nostreqz bn̄ ✠ dictionis officio: in defensionē sancte dei ecclesie diuinitus ordinatū: ad vindictaz malefactoruz laudez vero bonorum: et memor esto eius de quo psalmista prophetauit dicēs: Accingere gladio tuo sup femur tuū potētissime: vt in hoc per eūdem vim equitatis exerceas: molē iniquitatis potenter destruas: et sanctam dei ecclesiā eiusqz fide

.i. petri. ii.

ps. xliiij.

les propugnes atq; ptegas neq; minus sub fide falsos: q; christiani nominis hostes execres ac disperdas: viduas atq; pupillos clementer adiuues ⁊ defendas: desolata restaures restaurata cõserues: vlciscaris iniusta: cõfirmes bene disposita: quaten⁹ in hoc agẽdo virtutũ triumpho: gloriosus iusticieq; cultor egregius: cũ mũdi saluatore: cuius typuz geris in noie sine fine regnare merearis: q cũ deo patre ⁊ spũ sctõ viuit ⁊ regnat deus p oia secula seculorũ. ¶ His expeditis ensis a ministris in vaginã reponit: ⁊ metropolitan⁹ accingit ense regem dicens.

Ensis a ministris in vaginã reponitur ⁊ metropolitan⁹ accingit regẽ cũ eo dicẽs Accingere ⁊c.



Accingere gladio tuo sup femur tuũ potentissime ⁊ attẽde: q sancti nõ in gladio: sed per fidẽ vicerunt regna. Et mox rex accinctus surgit ⁊ eximit ensez de vagina: illumq; viriliter vibrat: deinde sup brachiũ sinistruz tergit: ⁊ in vaginã reponit: ac iteruz corã metropolitano genuflectit. Tũc ei corona iponit: quã oẽs plati parati q adiũt de altari p metropolitanũ sumptã manibus tenẽt: ipso metropolitano illã regẽ

He. xj.

Metropolitanus regẽ genuflexuz coronat oib⁹ epis cuz eo illã regẽ te ⁊ dicit Accipe ⁊c.

te: ⁊ capiti illius ipõnẽte ⁊ dicẽte.



Accipe coronam regni: que licet ab indignis episcoporum tamen manibus capiti tuo imponit. In nomine pa ✠ tris ⁊ fi ✠ lij ⁊ spiritus ✠ sancti quam sanctitatis gloriam ⁊ honorez: ⁊ opus fortitudinis. itelligas significare: ⁊ per hanc te participẽ ministerij nostri nõ ignores. Ita vt sicut nos in interioribus pastores: rectoresq; animarũ intelligimur: ita ⁊ tu cõtra omnes aduersitates ecclesie christi defensor assistas: regniq; tibi a deo dati: ⁊ p officium nostre benedictionis in vice apostolor: omniũq; sanctorum: regimini tuo cõmissi: vtilis executor: perspicuusq; regnator: semper appareas: vt inter gloriosos athletas: virtutũ gẽmis ornatus: ⁊ premio sempiterne felicitatis coronatus: cum redemptore ⁊ saluatore nostro iesu christo: cuius nomen vicemq; gestare crederis: sine fine glorieris. Qui viuit ⁊ imperat deus cũ patre ⁊ spiritu sancto in secula seculor. Postea metropolitan⁹ dat ei adhuc genuflexo sceptrum dicens.

Metropolitan⁹ dat regi genuflexo sceptrũ. Dicẽs Accipe.



Ps. cix. Accipe virgã virtutis: atq3 veritatis: qua intelligas te obnoxiũ mulcere pios terrere reprobos: errantes viã docere: lapsis manũ porrigere: disperdere superbos: ⁊ releuare humiles: ⁊ aperiat tibi ostiũ iesus christus domin⁹ noster: qui de semetipso ait: Ego sum ostiũ: per me si q̃s
Joãnes. x. introierit saluabit̃: qui est clauis
Apoc. iij. David: ⁊ sceptrũ domus israel q̃ aperit: ⁊ nemo claudit: claudit ⁊ nemo aperit: sitq3 tibi auctor: q̃ eduxit vinctũ de domo carceris: sedẽtẽ in tenebris: ⁊ vmbra mortis: ⁊ in oĩb⁹ sequi merearis eũ: de quo dauid ꝓpheta cecinit: Se
Ps. xliiij. des tua deus in seculũ seculi: virga eq̃tatis virga regni tui: ⁊ imitando ipsum diligas iusticiam: ⁊ odio habeas iniquitatẽ: q̃r ꝓpterea vnxit te deus deus tuus: ad exemplũ illius quẽ ante secula vnxerat: oleo exultationis pre participib⁹ suis: iesũ christũ dominũ
He. j. nostrũ. Qui cũ eo viuit ⁊ regnat deus in secula seculoꝝ. Tunc regi surgenti discingitur ensis: ⁊ in vagina datur alicui qui eũ ante regẽ imediate portat. Et metropolitanus cũ aliis p̃latis paratis deducit regẽ: sceptrũ in manu: ⁊ coronã in capite ferẽtẽ. mediũ inter se a dextris: ⁊ digniorẽ p̃latũ paratũ a sinistris regis incedẽtẽ ad soliũ supra thalamũ: ⁊ adiuuãte cũ digniore prelato p̃dicto: intronizat regem in solio dicens.

Regi surgẽti discingitur ensis et datur vni q̃ portat eũ añ regem.

Metropolitan⁹ cũ aliis p̃latis ducit regẽ cũ corona ⁊ sceptro mediũ inter se ⁊ digniorẽ p̃latũ ad sedez suã in thalamo ⁊ ibi intronizat eũ dicens. Sta ⁊ retine.



Sta ⁊ retine ammodo locũ tibi a deo delegatũ: per auctoritatẽ oĩpotẽtis dei: ⁊ per presentẽ traditionẽ nr̃am: oĩum scilicet ep̃oꝝ: ceteroꝝumq3 dei seruorũ: ⁊ quãto clerũ sacris altaribus ꝓpinquiorẽ ꝓspicis: tanto ei potentiorẽ in locis cõgruis honorẽ ĩpendere memineris: q̃tenus mediator dei ⁊ hoĩũ: te mediatorẽ j. thi. ij.
cleri ⁊ plebis: in hoc regni solio cõfirmet: ⁊ i regnũ eternũ secũ regnare faciat iesus xp̃s dñs nr̃: Rex regũ ⁊ dñs dñantiũ. Qui cũ pr̃e ⁊ spũ sctõ viuit ⁊ regnat deus p̃ oĩa scl'a scl'oꝝ. Deide metropolitan⁹ deposita mitra stãs v̾sus ad altare icho at schola ꝓsequẽte hymnũ.

Metropolitanus stans sine mitra v̾sus ad altare ichoat Te deũ scola ꝓsequẽte

Te deum laudamus.

Incepto Te deū metropolitan⁹ accedit ad dexterā regis ibi stās vsq₃ ad finē hymni: et eo finito stās sine mitra dicit ℣. et orōnes sequētes super sedētē.

Quiū totus dicit̃ put habet̃ supra fo. xxxv. quo incepto metropolitanus accedit ad dextrā regis ibi continuo manens vsq₃ ad finē₃ hymni: et eo finito metropolitanus stans vt prius ad dexterā regis sine mitra dicit super illū₃. ℣. Firmet̃ manus tua: et exaltetur dextera tua. ℟. Iusticia et iudiciū p̄paratio sedis tue. ℣. Dñe exaudi orōnē₃ meā. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dñs vobiscū. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Exo. xvij.

Deus q victrices moysi manus in oratione firmasti: q̄ q̄uis etate languesceret: infatigabili sanctitate pugnabat: vt dū₃ amalech iniquus vincitur: dū p̄phanus nationū populus subiugat̃: exterminatis alienigenis: hereditati tue possessio copiosa fuiret: opus manuū tuarū₃ pia nr̃e orationis exauditione confirma: habemus et nos apud te sancte pater dñm saluatorē: q p nobis manus suas extendit in cruce: p quē etiā p̄camur altissime: vt tua potētia suffragante: vniuersorū hostiū₃ frangat̃ impietas: populusq₃ tuus: cessante formidine: te solū₃ timere cōdiscat. Per eundē xp̄m dñm nr̃m etc. ℟. Amen. Oremus.

Deus inenarrabilis auctor mūdi: cōditor generis humani: cōfirmator regni: q ex vtero fidelis amici tui patriarche nostri abrahe: p̄elegisti regē seculis p̄futurū: tu p̄sentē insignē regē₃ hūc cū exercitu suo: p intercessionē omniū sctōrū₃ vberi bñ ✠ dictione locupleta: et in soliū regni firma stabilitate connecte: visita eū p interuentū oīum sanctorū: sicut visitasti moysen in rubo: Iosue in castris: Gedeonē in agro: Samuelē₃ crinitū₃ in tēplo: et illa eū p̄missione: et syderea bñ ✠ dictione: ac sapientie tue rore p̄fun de: quā beatus dauid ex psalterio. Salomon filius eius te remunerante percepit de celo. Sis ei contra acies inimicorū₃ lorica: in aduersis galea: in p̄speris sapiētia: in p̄tectione clypeus sempiternus: Et presta vt gētes illi teneant fidē: pceres atq₃ optimates sui habeant pacem: diligant charitatē: abstineāt se a cupiditate: loquantur iusticiā₃: custodiāt veritatē: et ita populus iste pullulet coalitus benedictione trinitatis: vt semp maneāt tripudiātes: armis gaudētes: et in pace victores. Per dominū₃. ℟. Amen.

Exo. iij. Iosue. j. Iudicū. vij. j. Re. iij. iij. Re. iij.

Quibus finitis metropolitanus cū prelatis paratis redit ad sedē₃ suam prope altare: et nisi sit coronanda regina dicitur Alleluia vel Tract⁹ Euāgeliū. Et alia vsq₃ ad offertoriū₃ iclusiue. Quo dicto metropolitan⁹ residet in faldistorio suo ante mediū altaris cum mitra: et rex a suis p̄latis et baronib⁹ associatus venit ante metropolitanū: corā₃ quo genuflexus detecto capite offert ei aurum quantum sibi placet: et manum metropolitani recipientis osculatur.

Metropolitanus redit ad altare et prosequit̃ missaȝ vsq₃ ad offertoriū inclusiue.

Metropolitanus dicto offertorio sedet añ altare cū₃ mitra et rex a suis associat⁹ venit añ eū₃ et genuflex⁹ detecto capite ei offert aurū et osculat̃ manū eius.



Deinde ad soliū suū reuertitur. Metropolitanus lauat manus: surgit accedit ad altare et prosequitur missam vsque ad cōionē. Cū secreta diei dicitur pro rege sub vno. Per dominum. Secreta.

Metropolitanus lauat manus et prosequitur missam vsque ad orationem.

Secreta dicēda pro rege sub vno per dñm cum secreta misse.

Suscipe dñe preces et hostias ecclesie tue pro salute famuli tui. N. regis nr̄i supplicātis: et in protectione fideliū populorum: antiqua brachij tui opare miracula: vt superatis pacis inimicis: secura tibi seruiat christiana libertas. Per dñm. Pax datur regi per primū ex p̄latis paratis cū instrumēto ad hoc ordinato Postquam metropolitanus se de corpore et sanguine: quē totū sumere debet: cōmunicauerit: et se purificauerit: anteque digitos abluat: Rex detecto capite de thalamo suo accedit ad altare: corā quo: in supremo gradu genuflectit: et dicit submissa: intelligibili tamen voce. Cōfiteor deo oipotenti etc. Metropolitano ad ipsum regem verso et detecto capite stante: et finita per regē cōfessione: metropolitanus eodem modo stans dicit. Misereatur tui oipotens deus et dimissis peccatis tuis perducat te ad vitam eternam. R. Amē. Indulgētiam absolutionē et remissionē peccatorum tuorū tribuat tibi oipotens et misericors dñs. R. Amen. Et manu dextra signum crucis sup regem producit: tum vertit se ad altare et accipit hostiā cōsecratā inter pollicē et indicē dextre manus: et patenā cū sinistra cōtinuo hostie suppōit: et cōuersus ad regē cū ipso sacramēto format signū crucis ante faciem regis et ipsum cōmunicat: dicēs. Corpus dñi nr̄i iesu xp̄i custodiat te et perducat in vitam eternā. Rex prius quam cōmunionem sumit osculatur manum dextrā metropolitani: et sumpta communione: ex calice de manu metropolitani se purificat: et purificatus ad thalamū suum reuertitur. Metropolitanus vero patenam cū pollice dextre manus extergit diligenter sup calicē: ne quid de sacramento sup ea remaneat: abluit etiam sup calicem digitos: ablutionem sumit: et accepta mitra lauat manus: et perficit missam. Cum post communio. dici dicitur pro rege sub vno. Per dominum. Post cōmunio.

Pax datur regi per primū ex prelatis.

Metropolitanus facta confessione cōicat regem quam antequam recipit sacram cōionem osculatur manū pōtificis

Metropolitanus regem post cōionē manus sua purificat.

Deus qui ad predicandum eterni regni euangelium: Romanum imperium preparasti. Pretēde famulo tuo. N. Regi nostro arma celestia: vt pax ecclie nulla turbetur tempestate bellorū. Per dominū. In fine metropolitanus dat benedictionē solennem: qua data singuli ad sua reuertuntur.

Metropolitanus dat solēnem bñdictionem.

Si vero



Si regina coronanda est tūc. rege intronizato metropolitanus sedet cū mitra añ altare ꝛ rex cuz corona ꝛ sceptro a suis associatus venit añ eū ꝛ petit reginā bñdicī dicēs Reuerēde ꝛc.

Si vero tūc regia bñdicenda sit ꝛ coronāda: q̄ꝫ p̄mū ipso rege intronizato ꝛ orationib⁹ expletis. Metropolitanus cū prelatis paratis: ad altare reuersus: in faldistorio sedet. Rex de solio suo surgens cuz comitiua sua: coronā in capite: ꝛ sceptrū in manu gestans ante altare ad metropolitanuz ꝓficiscitˀ: ꝛ facta ei reuerentia: stans d̄tecto capite petit reginā bñdici ꝛ coronari sub huiusmōi aut silib⁹ v̄bis.



REuerēde pater: postulamus vt cōsortē n̄raꝫ nobis a deo ꝯiūctā bñdicere: ꝛ corona reginali decorare digneminī: ad laudē ꝛ gloriā saluatoris n̄ri iesu xp̄i. Deinde ad soliū suuꝫ reuertitˀ. Tunc regina q̄ in aliquo loco ad partē in eccl̄ia a p̄ncipio steterat: a duobus ep̄is paratis: nō his q regeꝫ deduxerūt: sed p̄mis post eos crine soluto: ꝛ capite velato: in vestibus suis cōmunib⁹ ad metropolitanū ante altare deducitˀ: ꝛ facta metropolitano reuerētia: corā illo genuflectit: ꝛ eius manū osculatˀ. Tūc surgit metropolitan⁹ cū

Rex ad soliuz suū reuertitur.

mitra ꝛ in faldistorio ꝓcūbit. Regina vero ad ei⁹ sinistrā in terraꝫ se ꝓsternit: ꝛ inchoatˀ ac sub breuitate perficitˀ Letania. s. fo. x. sub ordinatione subdiaconi posita. qua finita metropolitanuꝫ deposita mitra surgit: ꝛ stans versus ad illā: ante se genuflexā: dicit sequētē orōnē itelligibili voce: quā etiā ꝛ alia sequētia astātes p̄lati parati submissa voce dicunt. Oremus.


Metropolitanus procūbit ꝛ dicitur breuiter letania: q̄ finita stās sine mitra dicit orōnē super reginā genuflexaꝫ.



OMnipotens sēpiterne de⁹: hanc famulā tuā celesti bñ✠dictione sanctifica: ꝛ quā in adiutoriū regni reginā eligim⁹: tua vbiqꝫ sapiētia doceat atqꝫ ꝯfortet: ꝛ eccl̄ia tua fidelē famulā semper agnoscat. Per eundeꝫ dominum nostrum iesuꝫ christuꝫ filiū tuum: Qui tecum viuit ꝛ regnat in vnitate sp̄us sancti deus. Deinde extēsis manibus añ pect⁹ dicit.

Metropolitan⁹ extensis manib⁹ añ pect⁹ dicit ꝓphationem.

Amen. ℣. Dñs vobiscū. ℟. Et



habun dantiam:religionis ac


pietatis custodiam.Quate/


nus mereatur benedici ⁊ au/


Gen.xviij. gumentari in nomine vt Sar/


ra.Uisitari et fecundari vt



Gen.xxv. Rebecca.contra omnium mu/


Judit.viij. niri vitiorum monstra vt Ju/


Hester.ij. dith.In regimine regni eligi/


vt hester.Ut quam humana


nititur fragilitas benedicere:


celestis potius intimi roris


repleat infusio.Et que a no/



bis eligitur ⁊ benedicitur in


Reginam:a te mereatur obti/


nere premium eternitatis per/


petue.Et sicut ab hominibus


sublimatur in nomine:ita a te


sublimet̃ fide ⁊ opatione.Illo


etiam sapientie tue eã rore pfũ


de:quẽ beatus David in repro

immissione: ꝛ filius eius Salomõ pcepit in locupletatione. Sis ei domine contra cunctorum ictus inimicorum lorica. In aduersis galea. In prosperis sapientia. In protectione cly/peus sempiternus. Sequatur pacē: diligat charitatem: absti neat se ab oi ĩpietate: loquatur iusticiam: custodiat veritatez: sit cultrix iusticie et pietatis amatrix religionis. Uigeatqȝ presenti benedictione in hoc euo annis plurimis: ꝛ in sem/piterno fine fine eternis.

Qd seqᷓ dič plane legẽdo ita tñ q̃ a circũastãtibus audiat. Per dñz nr̃m iesũ xp̃z filiuz tuũ: q tecũ viuit ꝛ regnat in vnitate spũs scti de⁹. Per oia scl'a scl'oꝝ. ℟. Amẽ. Qua pfatiõe expleta sedet metropolitan⁹: ꝛ accepta mitra inũgit in modũ crucis cũ oleo cathecuminoꝝ illius brachiũ dextrũ iter iũcturã manus ꝛ iuncturam cubiti: ac inter scapulas dicens.

Metropolitanus dicit plane qd̃ sequit.

Metropolitan⁹ sedens cũ mitra inungit brachiũ dextrũ ꝛ spatulas regine dicẽs De⁹ ꝗ.



Deus pat̃ eterne glĩe sit tibi adiutor: ⁊ oĩpotẽs bñdicat tibi: preces tuas exaudiat: vitã tuaꝫ longitudine dierũ adimpleat: benedictionẽ tuã iugiter cõfirmet: te cum omni populo in eternũ conseruet: inimicos tuos confusione induat: ⁊ sup te christi sãctificatio: ac huius olei ĩfusio floreat: vt qui tibi in terris tribuit benedictionẽ ipse in celis conferat meritum angelorum: ac benedicat te: ⁊ custodiat in vitã eternaꝫ: iesus xp̃s dñs noster. Qui viuit ⁊ regnat deus in secula seculorum. ℟. Amẽ. Quo facto surgit regina: ⁊ a suis ducitur ad sacristiã seu papilionẽ: vbi rex regales vestes indutus est: ibi ⁊ ipsa induitur vestibus reginalibus: quibus ĩdutis reducit̃ ad metropolitanũ adhuc cũ mitra in faldistorio sedentem: qui imponit illi ante se genuflexe coronam dicens.

Regina ducit̃ ad papilionẽ ĩ quo rex se regalibus vestib⁹ induerat et ibi cũ bõbice extergit̃ deũ vnctionis ⁊ vestimẽtis reginalib⁹ ĩduit̃ ⁊ reuertitur ad metropolitanum adhuc ibi sedẽteꝫ cuꝫ mitra Qui eidẽ gẽuflexe coronã ĩponit dicẽs Accipe ⁊c̃.



Accipe coronam glorie vt scias te esse consortem regni: populoqꝫ dei semp prospere consulas: ⁊ quanto plus exaltaris: tãto amplius humilitatem diligas: atqꝫ custodias ĩ xp̃o iesu dño nostro. Et mox dat ei sceptrũ dicẽs.

Metropolitan⁹ dat regine sceptrũ dicẽs. Accipe ṽgaꝫ ⁊c̃



Accipe virgã virtutis ⁊ equitatis: ⁊ esto pauperibus misericors ⁊ affabilis: viduis: pupillis: ⁊ orphanis diligentissimã curam exhibeas: vt oĩpotens deus augeat tibi gratiã suã. Qui viuit ⁊ regnat in secula seculorũ. Quo facto surgit regina: ⁊ epĩ parati q̃ ipsã ad altare deduxerũt: eã associãt vsqꝫ ad suũ thalamuꝫ vbi sedet in solio suo: puellis eius ipsaꝫ comitãtib⁹. Deinde dicit̃ Alleluia vel Tract⁹. Euãgeliũ ⁊ Offertoriũ. Quo dicto regina cũ rege a suis tm̃ associati vadũt ad offerẽdũ metropolitano in faldistorio ante mediũ altaris sedẽti: de auro quãtũ volunt: deinde reuertunt̃ qsqꝫ ad thalamũ suũ: ⁊ pcedit̃ in missa vsqꝫ ad cõionẽ. Data pace regi ⁊ regine per primũ ex p̃latis paratis: cũ instr̃o ad hoc ordinato. Rex ⁊ regina a suis tantũ associati: descẽdũt de thalamis ⁊ veniũt ad altare: vbi ĩ supremo gradu genuflectunt ⁊ pcepta cõione p metropolitanuꝫ: añq̃ꝫ digitos abluat: vertit se ad regẽ ⁊ reginã q dicũt submissa itelligibili m̃vo

Epĩ q eã associãt eã deducunt ad thalamũ sibi paratuꝫ vbi sedet in solio cũ puellis suis.

Dat̃ pax regi ⁊ regine ⁊ cõmunicato metropolitano rex ⁊ regina de suis thalamis descẽdentes veniũt cũ suis añ altare ⁊ facta confessione cõicãt ⁊ ab eodẽ metropolitano cum suo calice purificant̃.

ce. Confiteor deo omnipotēti &c. Quā dicta metropolitan⁹ dicit. Misereaē vestri omnipotēs deus: & dimissis peccatis vestris pducat vos ad vitā eternā. ℟. Amē. Indulgentiā: absolutionē & remissionē peccatorū vestrorum tribuat vobis omnipotens & misericors dñs. ℟. Amen. Et manu dextra pducit signū crucis sup regē & reginā: tū vertit se ad altare & ponit ambas hostias ꝯsecratas sup patenā: & cōuersus ad regē & reginā accipit vnā ex eisdē hostijs inter pollicē & indicē dextre manus: & cū sinistra patenā cōtinuo retinet sub ipsa dextra: & cū sacramento quod in dextra tenet: format signū crucis ante faciē regis & cū cōmunicat dicens. Corpus dñi nostri iesu christi custodiat te & perducat in vitā eternam. Rex priusq̄ cōmunionē sumit osculatur manū dextrā metropolitani: tū simili modo cōmunicat reginā: que similiter eius manū osculatur: & successiue ambos ex calice suo purificat: q purificati ad thalamos suos reuertunē eo ordine quo venerūt. Metropolitanus vero patenā cū pollice dextre manus extergit diligenter sup calicem: ne quid de sacramēto super ea remaneat: abluit sup calicē digitos: ablutionē sumit: & accepta mitra lauat manus: perficit missam: & in fine dat bñdictionē solēnē: qua data rex & regina vadunt ad palatiū suū: & metropolitanus

Metropolitan⁹ cōpleta missa dat bñdictionē solēnē & omnes ad ppria reuertuntur.

ac alij p̄lati oēs deponūt vestes sacras: & ad ppria quisq̄ reuertiē.

Si autē rege iam pridē coronato regina sola vt coniūx illius coronanda sit: paranē duo thalami: & alius locus in quo regina a principio officij vsq̄ ad tēpus coronationis expectat. Vocantur oēs prelati regni: ac omnia alia fiunt: q̄ supra pro coronatione regis ordinata sunt. Die autē statuto metropolitano & prelatis in ecclesia constitutis & se vestientibus: Rex vestibus regalibus indutus cū corona in capite: & sceptro in manu: ense p̄cedēte: a suis associatus venit ad ecclesiam: & ascēdit thalamū suū: & metropolitano ac prelatis omnibus paratis incipiē missa more solito: & continuaē vsq̄ ad Alleluia: vel Tractū. si sit dicendus exclusiue. Tū rex coronā & sceptrū ferēs: descendit de thalamo suo: & metropolitano in faldistorio añ altare cū mitra sedēte: petit ab eo reginā bñdici & coronari sub his vbis.

Si regina sola sit coronanda rege iā pridē coronato que parāda sunt

Rex petit reginā coronari.



Reuerende pater: postulamus vt cōsortem nostram nobis a deo cōiunctam benedi-

cere: ꝛ corona reginali decorare digneminí: ad laudē ꝛ gloriā saluatoris nostri iesu xp̄i. Deide ad thalamū suū reuertitur: ꝛ regina que vsqꝫ tūc i aliquo loco ad partē i ecclesia steterat: a duob⁹ prioribus p̄latis paratis: crine soluto: ꝛ capite velato: ducit̄ ad metropolitanū ante altare sedētē: ꝛ facta ei reuerentia: corā eo genuflectit: ꝛ eius manū osculat̄. Tūc surgit metropolitanus: ꝛ cū mitra procūbit supra faldistoriū. Regina vero ad eius sinistrā se in terrā p̄sternit: ꝛ inchoant̄ letanie: ꝛ perficiunt̄: ac oīa alia fiunt que supra in coronatione regine dicta sunt vsqꝫ ad Offertoriū. ad qd̄ poterit rex cū regina p̄cedere: vel regina sola: put regi placebit. Facta cōione per metropolitanū: communicat̄ regina. Deinde p̄ficitur missa: ꝛ in fine metropolitanus dat benedictionem solemnem.

Modus coronandi reginā regni dn̄āꝫ absqꝫ rege.

SI vero regina coronāda est vt regni domina: ꝛ absqꝫ rege: tunc paratur thalamus vnus in ecclesia. vocātur prelati regni: ꝛ omnia alia similiter fiūt: que supra pro coronatione regis ordinata sunt. Die statuto cōueniūt in ecclesia: in qua coronatio fieri debet: vbi metropolitan⁹ aut alius ad quē spectat: cū ep̄is alijs parat se: ꝛ sedēt ante altare: vt s̄ dictū est. Interim regina consuetis vestibus induta: cū suis prelatis: baronibus: ꝛ puellis: ac alijs domesticis venit ad ecclesiā: ꝛ cū fuerit prope p̄sbyteriū: duo priores ep̄i parati: veniūt ei obuiā: ꝛ cum mitris capita illi aliquātulū inclinātes. Ipsam inter se mediā vsqꝫ ad metropolitanū deducunt. cui regina caput inclinās: humilē reuerentiā exhibet qua facta prior ipsoꝝ deducētiū: detecto capite: versus ad metropolitanū dicit.

Maior duorū ep̄oꝝ eā p̄ntat metropolitano dicēs Reuerēdissime rē.

REuerendissime pater: postulat sancta mater eccl̄ia: vt p̄sentē circunspectā mulierē: ad dignitatē reginalē subleuetis. Tūc interrogat metropolitan⁹.

Metropolitan⁹ querit an digna sit

Scitis illā esse dignam ꝛ vtilem ad hanc dignitatē? Ille respondet. Et nouimus ꝛ credimus eam esse dignam ꝛ vtilem ecclesie dei: ꝛ ad regimen huius regni. Metropolitanus dicit. Deo gratias.



Regina media inter duos ep̄os sedet ꝛ habeat faciē versus metropolitanū ꝛ ep̄i hic ꝛ inde se mutuo respiciūt.

TUnc sedet regina media inter ipsos ep̄os deducētes: congruenti spacio a metropolitano: ita vt illi faciem vertat: ipsi etiā deducentes ep̄i: senior ad dextram: alius ad sinistrā regine se collocant: vt ꝛ ipsi ad alterutrū facies vertant. Ipsis sic sedentibus: postq̄ aliquātulum quieuerint. Metropolitanus coronan

daz reginā diligēter instruit τ admonet de fide τ dilectione dei: ac saiub:i regimine regni τ populi: defensione ecclesiarum τ miserabilium personarum: τ alijs oportunis voce cōgruenti τ intelligibili dicēs.

Quaz hodie p man⁹ nr̄as circumspecta mulier: qui xp̄i saluatoris nr̄i vice in hac re fungimur: quāuis indigni sacrā vnctionē: τ regni insignia sis susceptura: bene est: vt te prius de onere ad quod destinaris: aliquātuluz moneamus. Reginalez hodie suscipis dignitatē: τ regendi fideles populos tibi cōmissos curam sumis. Preclaruz sane inter mortales locū: sed discriminis: laboris: atqz anxietatis plenū. Ueruz si cōsideraueris q̄ ois potestas a dn̄o deo est: p quez regine regnant: τ legū conditores iusta decernūt: tu quoqz de grege tibi cōmisso: ipsi deo rationē es redditura. Primū pietatē seruabis. Dn̄m deū tuū tota mente: ac puro corde coles. Christianā religionez ac fidē catholicā quā ab incunabulis pfessa es: ad finē vsqz inuiolatā retinebis: eamqz contra oēs aduersantes p viribus defendes. Ecclesiarū prelatis: ac reliqs sacerdotibus: condignā reuerentiam exhibebis. Ecclesiasticaz libertatē nō inculcabis. Justiciā sine qua nulla societas diu cōsistere pōt: erga oēs inconcusse administrabis: bonis p̄mia: noxijs debitas penas retribuēdo. Uiduas: pupillos: pauperes ac debiles ab omni oppressione defendes. Oibus te adeūtib⁹: benignā: mā suetā: atqz affabilē: pro reginali tua dignitate te prebebis: τ ita te geres: vt nō ad tuā: sed totius ppli vtilitatē regnare: premiūqz bn̄factoz tuoz: non in terris: sed in celo expectare videaris. Quod ipse prestare digneẗ: Qui viuit τ regnat deus in sc̄la sc̄loz. Quo facto regina electa accedit ad metropolitanū: τ genuflexa osculaẗ eius manū: τ facit hāc pfessionez dicēs.

Ro.xiij. Pro.viij.

Regina genuflexa corā metropolitano facit pmissionez sequentē dicēs Ego τc.

Ego. N. deo annuē te futura regina. A. pfiteor τ pmitto corā deo τ angelis eius: deinceps legē: iusticiā τ pacez ecclesie dei: ppl'oqz mihi subiecto: pro posse τ nosse facere atqz seruare: saluo cōdigno misericordie dei respectu: sicut in cōsilio fidelium meoz melius potero inuenire. Pōtificibus quoqz ecclesiaz dei condignū τ canonicū honorē exhibere: atqz ea que ab imperatoribus τ regibus ecclesijs collata τ reddita sunt: īuiolabiliter obseruare. Abbatib⁹: comitib⁹: τ vasallis meis cōgruū honorē: s̄m cōsiliū fideliū meoz prestare. Deinde ambabus manibus tangit librū euāgelioz: quez metropolitanus corā ea sup genibus apertuz tenet: inferiori parte libri regine versa dicens. Sic me deus adiuuet τ hec sancta dei euangelia. Quo facto metropolitan⁹ surgit: τ cū mitra pcumbit in fal

Postea tactis euāgelijs iurat.

distorio. Regina vero ad eius si nistram in terrā se prosternit.



Metropolitan⁹ sup faldistoriū ꝓcumbit ꝛ regina ad sinistras ei⁹ ꝓsternit ꝛ di cit letania.

Et cantores incipiunt scho la prosequente Letaniam. require supra folio.x.positam. In qua cum dictum fuerit. Ut obsequiuȝ seruitutis nostre: tibi rationabile facias. Te rogamuȝ audi nos. Metropolitanus sur git: ꝛ accepto baculo pastorali in sinistra super illaȝ dicit. Ut hanc electā in reginā coronādā bene ✠ dicere digneris. ℟. Te roga mus audi nos. Secundo dicit. Ut hanc electā in reginā coronā dam bene ✠ dicere ꝛ cōse ✠ crare digneris. ℟. Te rogamus au di nos. Producēdo sup reginaȝ signū crucis vbi in textu signatū est. Idē dicunt ꝛ faciūt epi para ti: genuflexi tamē ꝑmanētes: quo dicto metropolitan⁹ redit ad ac cubitū cātorib⁹ Letaniā resumē tibus ꝛ ꝑficientibus. qua finita. Metropolitan⁹ deposita mitra surgit: regina prostrata manēte: ꝛ dicit sup eā itelligibili voce orō nē sequētē: quā astantes epi etiā si ne mitris i locis suis stātes submis sa voce ꝑnunciāt. Oremus.

Metropoli tan⁹ sup reginaȝ dicit. ꝑ. sequētes stans cū mitra ꝛ baculo pastorali ꝑducens signū crucis sup eā vt in textu ꝛ idē faciunt epi genuflexi.

Metropoli tanus redit ad accubitū dictis ꝑ ☐ ibus.

Finita letania metropolitanus stās sine mitra dic orō nē Omps ꝛc.

Omnipotēs sempiterne de us: hanc famulam tuaȝ celesti be ne ✠ dictione sanctifica: ꝛ quā in gubernationem regni reginam eligimus: tua vbiqȝ sapientia do ceat atqȝ confortet: ꝛ ecclesia tua fidelem famulam semper agno scat. Per eundem dominum no strum iesum christum filium tuū: Qui tecum viuit ꝛ regnat in vni tate spiritus sancti deus.

Deinde mediocri voce extēsis ma nibus ante pectus dicit.

Metropolitan⁹ stans si ne mitra manib⁹ añ pect⁹ extensis dicit pre ꝑfationeȝ.

Per omnia secula seculorū. ℟.

Amē. ℣. Dñs vobiscū. ℟. Et

cū spiritu tuo. ℣. Sursum cor

da. ℟. Habemus ad dominū.


℣. Gratias agam⁹ domino deo


nostro. ℟. Dignū ꝛ iustum est.

Vere dignū ꝛ iustū est equum


et salutare. Nos tibi semp ꝛ vbi-
:q3 gratias agere domine sancte
pater oipotẽs eterne deus. Bo-
noꝝ cũctoꝝ auctoꝛ ac distribu-
toꝛ: bñdictionũq3 omniũ lar-
gus infusoꝛ: tribue sup hãc famu
lã tuã reginã bñdictionis tue co
piã: ꝛ quã humana electio sibi
pꝛeesse gaudet tua supne electio-
nis ꝛ benedictionis infusio accu-

mulet. Cõcede ei domine aucto-
ritatẽ regiminis: cõsilij magni-
tudinẽ sapiẽtie pꝛudẽtie ꝛ itelle-
ctus abũdãtiã: religionis ac pie-
tatis custodiã. Quaten⁹ merea-
tur bñdici: ꝛ augumẽtari in no-
mine vt sarra. Uisitari ꝛ fecũda-
ri vt rebecca. cõtra omniũ mu-
niri vitioꝛũ monstra vt iudith.
In regimine regni eligi vt he-



ster. vt quã humana nitit̃ fragi-


litas bñdicere: celestis potius



intimi roris repleat infusio. Et



que a nobis eligitur: ꝛ benedici-



tur in reginã a te mereatur ob-



tinere premiũ eternitatis per-



petue. Et sicut ab hominib⁹ su-



blimatur in nomine: ita a te su-



blimetur fide et operatione. Il-



lo etiã sapientie tue eã rore per-



funde: quẽ beatus dauid in re-


promissione: ꝛ filius eius salomõ



percepit in locupletatione. Sis


ei domine cõtra cũctoꝝ ictus



inimicoꝝ lorica. In aduersis


galea. In prosperis sapiẽtia. In


protectiõe clypeus sempiternus.


Sequat̃ pacẽ: diligat charitatẽ


abstineat se ab omni impieta-


te: loquat̃ iusticiam: custodiat

veritatē. Sit cultrix iusticie ⁊ pietatis: amatrix religionis vigeatq; presenti bn̄dictione in hoc euo annis plurimis: ⁊ in sempiterno fine fine eternis.

Deinde dicit plane legēdo: ita tn̄ q̄ a circūastantib⁹ audiat. Per dominū nostruz ⁊c. Quibus dictis sedet metropolitanus ⁊ accepta mitra intingit pollicez dextre manus in oleum cathecuminorum: ⁊ inūgit in moduz crucis brachiū dextrum regine inter iūcturā manus ⁊ iuncturam cubiti: ac inter scapulas dicens.

Metropolitanus sedet cuz mitra ⁊ vngit brachiuz ⁊ scapulas regine de oleo cathecuminorū dicēs. De⁹ pr̄ ⁊c.



Deus pater eterne glorie sit tibi adiutor: ⁊ oīpotens benedicat tibi: p̄ces tuas exaudiat: vitam tuam longitudine dieruz adimpleat: benedictionē tuā iugiter cōfirmet. te cū omni populo in eternū conseruet: inimicos tuos cōfusione induat: ⁊ super te christi sanctificatio: ac huius olei infusio floreat: vt qui tibi in terris tribuit benedictionez: ipse in celis conferat meritū angelor: ⁊ benedicat te: ⁊ custodiat in vitaz eternā. Jesus christus domin⁹ noster: Qui viuit ⁊ regnat deus in secula seculorum. Quo facto surgit regina ⁊ ad partē se retrahit: vbi p̄lati sui domestici ei assistūt: Metropolitan⁹ vero accedit ante altare: deposita mitra cuz suis ministris facit confessionē. Idez faciūt ep̄i parati: iuxta sedilia sua sine mitris stantes. Facta confessione: metropolitanus ascēdit ad altare: osculatur. incensat. ⁊ p̄cedit in missa vsq; ad Alla exclusiue. vel Tractū si dicitur more cōsueto. Regina vero ducitur a suis ad sacristiā vel papilionē: vbi accipit vestes reginales. Deinde redit cū illis ad thalamuz. Ubi manet vsq; ad dictū Gradnale non tn̄ sedet in solio: sed sup aliqd̄ faldistoriū sibi paratum genuflexa p̄cūbit. audiēs missā. Missa dicit̄ de die: ⁊ cū orōne diei dicit̄ p ipsa electa regia sub vno Per d. Orō.

Fo. cxxxi.

Regina ad partez se cōferente cuz suis: metropolitan⁹ facit cōfessiones ⁊ p̄cedit in missa vsq; ad alleluia exclusiue.

Deus regnorū oīum protector. da famule tue. N. regi

Ista orō dicit̄ cū p̄ma collecta sub vno p orōm.

ne nr̄e triumphū virtutis tue scié
ter excolere vt q̄ tua cōstitutione
est principissa: tuo semꝑ munere
sit potens. Per dn̄m. Graduali
cātato metropolitan⁹ sedet in fal
distorio cū mitra: ꝛ regina a suis
associata media inter priores du
os prelatos paratos ad metropo
litanū reducit̄: cui facta reuerētia
vt prius genuflectit corā eo. Tūc
imponitur ei corona quā oēs epi
parati q adsunt de altari ꝑ metro
politanū sumptā manib⁹ tenēt:
ipso metropolitano illā regente
ꝛ capiti illius iponente ꝛ dicente.

Graduali cātato sedet Metropolitan⁹ cū mitra ꝛ regina ad cū deducta ab eo coronatur ipso dicente Accipe coronam.



Accipe coronā regni: q̄ licet
ab indignis: Epōrū tamen
manibus capiti tuo imponit̄: in
noīe pa ✠ tris ꝛ fi ✠ lij ꝛ spūs ✠
sancti: quā sanctitatis gloriā ꝛ ho
norē: ac opus fortitudinis intel-
ligas significare: ꝛ ꝑ hanc te par-
ticipē ministerij nr̄i nō ignores.
Ita vt sicut nos in iteriorib⁹ pa
stores: rectoresq̄ꝫ animarū itelli-
gimur: ita ꝛ tu cōtra aduersitates
ecclesie xp̄i defensatrix assistas re
gniq̄ꝫ tibi a deo dati: ꝛ ꝑ officiuꝫ
nr̄e bn̄dictionis in vice apostolo
rū: omniūq̄ꝫ sanctoruꝫ: regimini
tuo cōmissi: vtilis executrix: ꝑspi-
cuaq̄ꝫ regnatrix semꝑ appareas:
vt inter gloriosos athletas: virtu
tū gemmis ornata: ꝛ premio sup
ne felicitatis coronata: cū redem
ptore ꝛ saluatore nr̄o iesu xp̄o: cu
ius nomē vicemq̄ꝫ gestare crede
ris sine fine glorieris: q viuit ꝛ i-
perat deus cū patre ꝛ spiritu sctō
in secula seculoruꝫ. Et mox dat ei
sceptrum in manum dicens.

Metropolitan⁹ sedens cum mitra dat sceptrū regine dicēs Accipe




Accipe virgā virtutis ꝛ equi
tatis: ꝛ esto pauperibus mi
sericors ꝛ affabilis: viduis: pupil
lis ꝛ orphanis diligentissimā cu-
raꝫ exhibeas: vt oīpotens de⁹ au
geat tibi gratiā suā: qui viuit ꝛ re
gnat in secula seculorum. Tu surgunt oēs: ꝛ metropolitanus cuꝫ
oib⁹ epis paratis deducit reginā:
coronā i capite: ꝛ sceptruꝫ i manu
ferētē: mediaꝫ inter se ꝛ digniorē
epꝫ paratū supra soliū: vbi stās cū
mitra vna cū eodē digniore epo
sitronizat eaꝫ in solio dicēs.
Sta ꝛ retine āmodo locuꝫ ti
bi a deo delegatū: ꝑ auctoritateꝫ
oīpotētis dei: ꝛ per p̄n̄tē traditio
nē nostram: oium scilicet epōruꝫ:
ceterorūq̄ꝫ dei seruorum: ꝛ quan

Metropolitan⁹ cū omnibus epis ducit reginā mediam inter se ꝛ p̄mū epm paratū ꝛ collocant eā in sede sua eo dicēte Sta ꝛ retine.

to clerū sacris altaribus propin/
quiorē ꝓspicis: tāto ei potētiorē
in locis congruis honorē īpēde
re memineris: quatenus media/
tor dei ꝛ hoīum: te mediatricē cle
ri ꝛ plebis: in hoc regni solio cō/
firmet: ꝛ in regnū eternū secū re/
gnare faciat. Jesus xp̄s dn̄s nr̄.
Rex regū ꝛ dn̄s dn̄antiū: Qui cū
patre ꝛ spū sancto viuit ꝛ regnat
deus ꝑ oīa secula seculorū. Dein/
de metropolitanus deposita mi/
tra ichoat schola sequēte hymnū

Metropolitan⁹ inchoat Te deuz stās sine mitra v̄sus ad altare.



Te deum laudamus.
Qui totus dicit̄ ꝑut habet̄ supra.
fol. xxxv. Quo īcepto metropoli
tanus accedit ad dexterā regine:
ibi cōtinuo manens vsq3 ad finē
hymni. Finito hymno metropo
litan⁹ stans vt ꝑus iuxta reginā
sine mitra dicit sup illaz. ℣. Fir/
met̄ manus tua: ꝛ exaltet̄ dextera
tua. ℟. Iusticia ꝛ iudiciuz prepa/
ratio sedis tue. ℣. Dn̄e exaudi ora
tionē meā. ℟. Et clamor me⁹ ad
te veniat. ℣. Dominus vobiscū.
℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Finito hymno stās sine mitra metropolitan⁹ dicit. ℣. ꝛ orōnes sup reginā sedētem.

Deus q victrices moysi ma/
nus in oratione firmasti: q
q̄uis etate languesceret: infa//
tigabili sanctitate pugnabat: vt
dū amalech iniquus vincit̄: dum
ꝓphanus nationū populus sub
iugat̄: exterminatis alienigenis:
hereditati tue possessio copiosa
seruiret: opus manuuz tuarū pia

Exo. xvij.

nr̄e orationis exauditione cōfir/
ma. Habemus ꝛ nos apud te scē
pater: dn̄m saluatorē: q ꝓ nobis
manus suas extendit in cruce: per
quē etiam precamur altissime: vt
tua potentia suffragante: vniuer
sorū hostiū frangat̄ ipietas: po/
pulusq3 tuus cessante formidine:
te solū timere cōdiscat. Per eun
dē dn̄m ꝛc. ℟. Amen. Quib⁹ fini/
tis metropolitanus cū epis para
tis reuertit̄ ad sedē suaz prope al/
tare: ꝛ dicit̄ Alleluia vel Tractus.
Euāgeliū. ꝛ alia vsq3 ad Offerto/
riū inclusiue. Quo dicto metro/
politanus sedet in faldistorio añ
mediū altaris cū mitra: ꝛ regina
a suis prelatis: magnatib⁹ ꝛ alijs
associata: venit ante metropolita
nuz: corā quo genuflexa: offert ei
auruz quantum sibi placet: ꝛ ma
nuz metropolitani osculat̄. Dein
de ad soliuz suū reuertit̄: Metro
politanus lauat man⁹: surgit: ac/
cedit ad altare: ꝛ ꝓsequit̄ missam
vsq3 ad cōmunionē: cū secreta di
ci dicit̄ pro regina sub vno. Per
dominum. Secreta.

Dicit̄ Alla ꝛ euāgeliuz ꝛ offertoriū i missa.

Dicto offertorio metropolitan⁹ sedet cuz mitra añ mediuz altaris ꝛ regina genuflexa offert ei aurum ꝛ manū eius osculatur.

Suscipe dn̄e p̄ces ꝛ hostias
ecclesie tue pro salute famule tue.
N. regine nr̄e supplicātis: ꝛ in ꝓ/
tectione fideliū populoruz: anti/
qua brachij tui opare miracula:
vt superatis pacis inimicis: secu/
ra tibi seruiat christiana libertas.
Per dominum. Pax datur regi
ne per primuz ex prelatis paratis
cū instrumento ad hoc ordinato
Postq̄ metropolitanus se cōmu

Pax datur regine.

nicauerit de corpore et sanguine: et se purificauerit anteque digitos abluat: Regina sine corona: et sine sceptro de thalamo suo a suis dūtarat associata: accedit ad altare: genuflectit in supremo gradu altaris: et metropolitano detecto capite ad eam verso: dicit regina submissa itelligibili tamen voce.

Regina sine corona et sceptro veniēs añ altare facta ꝯfessione cōicat

Confiteor deo oīpotenti et c. Quo dicto metropolitanus adhuc eodem modo stans dicit.

Misereatur tui omnipotēs deus: et dimissis peccatis tuis perducat te ad vitam eternam. ℟. Amen.

Indulgentiam: absolutionem et remissionē peccatorū tuorum tribuat tibi omnipotēs et misericors dominus. ℟. Amen.

Et manu dextra signū crucis super reginam producit: vertit se ad altare: accipit hostiā ꝯsecratā inter pollicē et indicē dextre manus et cū sinistra patenā cōtinuo supponit hostie: et cōuersus ad reginam cū ipso sacramēto format signum crucis ante faciem regine et eam cōmunicat dicens.

Corpus domini nostri iesu xp̄i custodiat te et perducat in vitā eternā. Regina anteque sumit sacramētū: osculatur manū dextrā metropolitani: et sūpta cōmuniōe ex calice de manu metropolitani se purificat: et purificata ad thalamū suū reuertitur cū suis vt venit. Metropolitanus vero patenā cū pollice dextre manus extergit diligēter sup calicem ne qd de sacramēto sup ea remaneat: abluit etiā sup calicē digitos: ablutionem sumit: et accepta mitra lauat manus: et pficit missam: cum post com. dici dicitur pro regina sub vno.

Regina osculatur manū pōtificis anteque recipiat cōionem postea purificatur de manu metropolitani.

Per dominum. Postcom.

Deus qui ad pdicādū eterni regni euāgeliū romanū imperiū pparasti: ptende famule tue. N. regie nostre arma celestia: vt pax ecclesie nulla turbetur tēpestate bellorum. Per dominū. In fine metropolitanus dat bn̄dictionē solemnē. qua data oēs vadūt in pace. Missa dicitur de die cū cōmemoratiōe pro regina electa sub vna cōclusiōe put supra ordinatū est.

Oro dicenda sub vno per dn̄m cum prima post cōione.

Finita missa metropolitanus dat solēnē benedictionem.

Cum autē regina iam pridē vt regni domina: bn̄dicta et coronata: deinde cōsortē sibi elegerit: quē postea statuerit coronari. Ad diem ordinatā vocātur omnes plati regni: parātur duo thalami: ac omnia alia ordinantur: prout supra in coronatiōe regis posita sunt. Die autē statuto: metropolitano et prelatis in ecclesia constitutis: et se vestientibus. Regina reginalibus vestibus induta: cum corona in capite: et sceptro i manu: a suis associata: venit ad ecclesiam et ascendit thalamū suū. Illis autem paratis: et suo ordine sedētibus: vt supra in coronatione regis ordinatum est regina de thalamo suo descēdēs cū corona in capite: et sceptro i manu: venit corā metropolitano: a quo facta

Ritus coronandi regem regina iam pridē coronata.

Regina cum corona i capite et sceptro in manibus facta reuerēna metropolitano pn̄tat ei regē et petit eū coronari dicens reuerende et c.

ei reuerētia: petit regē ꝯsortē suū bñdici ꝛ coronari sub his verbis.

Reuerēde pater: postulamus vt cōsortē nr̄m a deo nobis coniūctū bñdicere: ꝛ corona regali decorare digneminj: ad laudeꝫ ꝛ gliā saluatoris nr̄i. Deinde ad thalamū suuꝫ reuertit̄. Interim rex vestibus militarib⁹ īdutus: venit ad eccl̄iam a suis p̄latis domesticis nō paratis: ac comitib⁹: magnatibus regni: ꝛ alijs associatus. Qui cū venerit ꝓpe p̄sbyteriū: duo priores epi ex paratis: ei obuiā veniūt: ꝛ cū mitris capita illi aliquantulū īclinātes: ipsū vsqꝫ ante metropolitanuꝫ deducūt. corā quo: rex birreto deposito: caput īclinās: humileꝫ ei reuerētiā exhibet. Qua facta: p̄or eporuꝫ deducētiū: stans detecto capite versus ad metropolitanuꝫ: voce intelligibili dicit.

Seruatur hic ꝛ deinceps mod⁹ q̄ suppositꝰ est in coronatione regia.

Reuerendissime pater postulat sctā mr̄ ecclesia ꝛc. Et oīa alia suo ordine fiunt: ꝓut habet̄ supra sub p̄ma rubrica de benedictione ꝛ coronatione regis: vsqꝫ ad aliā rubricā de coronatione regine: que hic obmittitur cum sit prius coronata. ¶ De benedictione noui Militis.



Miles creari ꝛ bñdici potest quacūqꝫ diei: loco ꝛ hora ſꝫ si iter missarū solemnia creandus est. Pōtifex in eo habitu in quo missam celebrauit: aut illi interfuit: in faldistorio ante medium altaris stans vel sedens ꝓut conuenit: finita missa id peragit. Si autē extra diuina: in stola sup rochetū: aut superpelliciū si esset pōtifex regularis: id facit. Et primo enseꝫ: quē aliquis corā eo genuflexus euaginatū tenet: stans detecto capite bñdicit: si nō sit bñ

Epꝰ militē bñdicturus p̄ benedicit enseꝫ stans detecto capite.

Exaudi q̄sum⁹ dict⁹: dicēs. dñe preces nr̄as: ꝛ hunc ensem: quo is famulus tuuꝫ circumcingi desiderat: maiestatis tue dextera dignare bñdicere: quatenuꝫ esse possit defensor eccl̄iarū: viduarū: orphanorū: omniūqꝫ deo seruientiū: cōtra seuitiā paganoruꝫ: alijsqꝫ sibi insidiantib⁹ sit terror ꝛ formido: p̄stans ei eq̄ ꝑsecutionis: ꝛ iuste defensionis effectum. Per xp̄ꝫ dn̄ꝫ nr̄ꝫ. ℟. Am̄. Orem⁹.

Bene✠dic dn̄e sctē pater oīpotens eterne deus: ꝑ inuocationeꝫ scti tui noīs: ꝛ ꝑ aduentū xp̄i filij tui dn̄i nr̄i: ꝛ ꝑ donū sci spūs paracliti: hūc enseꝫ: vt hic famulus tu⁹: q hodierna die eo tua cōcedēte pietate: precingit̄: inuisibiles inimicos sub pedibus conculcet: victoriaqꝫ ꝑ oīa potitus: semp̄ maneat illesuꝫ. Per xp̄m dominū nr̄m. ℟. Amen. Deīde dicit

Benedictus stans vt prius. dn̄s deus meus: qui docet manus meas ad preliū: ꝛ digitos meos ad bellum.

Mi̇̄sericordia mea ꝛ refugiū meū: susceptor me⁹ ꝛ liberator meus.

Protector meus ꝛ in ipso speraui: qui subdit ppl̄m meum sub me.

Gloria

Gloria patri ꝛ filio ꝛ spiritui sancto. Sicut in pͥncipio ꝛ nūc ꝛ semper: ꝛ in scl'a scl'oꝝ. Amē. ℣. Saluū fac seruū tuū dn̄e. ℟. De⁹ meus sperantē in te. ℣. Esto ei dn̄e turris fortitudinis. ℟. A facie inimici. ℣. Dn̄e exaudi orōnē meā. ℟. Et clamor me⁹ ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Domine sancte pater omnipotens eterne deus: q cuncta solus ordinas: ꝛ recte disponis: qui ad cohercendā malitiā reproborū: ꝛ tuendū iusticiā: vsum gladij in terris hominibus tua salubri dispositione pmisisti: ꝛ militarē ordinē: ad populi protectionē instituti voluisti: quiqꝫ p beatū ioānē militibus ad se in deserto venientibus: vt neminē concuterēt sed proprijs cōtenti essent stipendijs: dici fecisti: clementiā tuā dn̄e suppliciter exoramus: vt sicut dauid puero tuo goliā superādi largitus es facultatē: ꝛ iudam machabeū: de feritate gentiū nomen tuū nō inuocātiū: triumphare fecisti. Ita ꝛ huic famulo tuo: q nouiter iugo militie colla supposuit: pietate celesti vires ꝛ audaciam: ad fidei ꝛ iusticie defensionē tribuas: ꝛ prestes fidei: spei: ꝛ charitatis augmentū: ꝛ da ei timorē: pariter ꝛ amorē: humilitatē: perseuerantiā: obedientiā ꝛ patientiam bonā: ꝛ cuncta in eo recte disponas: vt neminē cū gladio isto: vel alio: iniuste ledat: ꝛ oia cū eo iusta honesta ꝛ recta defendat: ꝛ sicut ipse de minori gradu: ad nouū militie prouehit honorē: ita veterē hominē deponens cū actibus suis: nouū induat hominē: vt te timeat: ꝛ recte colat: perfidorum consortia vitet: ꝛ suā in proximū charitatē extendat: proposito suo in omnibus recte obediat: ꝛ suū in cunctis iuste officiū exequatur. Per xp̄m dominū nostrū. ℟. Amē. Tum enī aqua benedicta aspergit. Si autē ensis sit prius benedictus: omnia predicta obmittūtur. Post hec pontifex sedens cooperto capite dat ensem nudū nouo militi ante se genuflexo in manu dextrā dicens.

Luce. iij. | .j. Re. xvij. | .j. ma. vij.

Bn̄dicto ense ep̄s cū aspgit aq̄ bn̄dicta ꝛ sedēs cū mitra nudum tradit militi dicēs Accipe gladiū



Accipe gladium istum in nomine patris ꝛ filij ꝛ sp̄ūs sancti: ꝛ vtaris eo ad defensionē tuā: ac sancte dei eccl'ie: ꝛ ad cōfusionē inimicorū crucis xp̄i: ac fidei christiane: ꝛ quantū humana fragilitas pmiserit: cū eo neminē iniuste ledas: quod ipse prestare dignet: qui cum patre ꝛ spiritu sancto viuit ꝛ regnat de⁹: per oia seculoꝝ. ℟. Amē. Deinde ensis in vaginā reponitur ꝛ pontifex cingit mili-

Pōtifex sedēs cū mitra cingit nouū militē ense.

tem nouum ense dicens.

Accingere gladio tuo sup femur tuum potentissime. In nomine dñi nostri iesu xpi: et attende: q sancti nõ in gladio: sed p fidé vicerũt regna. Ense igit accinct⁹ miles nou⁹: surgit: et ensez de vagina educit: et euaginatũ ter viriliter vibrat: et sup brachiuz sinistruz tergit: et in vaginá reponit. Tuz pótifex iterũ ensem euaginatuz in dextrá accipiens milité nouuz ante se genuflexuz: cũ ipso ense euaginato ter super scapulas leuiter percutit interim semel tantũ dicens.

Dc.xj.

Epũs gladiũ iterũ euaginatũ accipiens ter sup scapulas noui militis cũ eo leuiter pcutit dicẽs Esto miles etc. et reposito ense epũs dat alapaz leué militi dicẽs Excíteris etc.

Esto miles pacificus: strenuus: fidelis: et deo deuot⁹: Deide reposito ense in vaginá. Pontifex manu dextra dat nouo militi leuiter alapá dicens.

Exciteris a somno militie: et vigila in fide christi: et fama laudabili. Tũ pontifex dat nouo militi osculuz pacis dicens. Pax tibi. Et milites astantes iponunt nouo militi calcaria: et pontifex sedens capite cooperto dicit añaz.

Astãtes ponũt calcaria nouo militi et pótifex dić añ Speciosus.

Speciosus forma pre filijs hominũ: accingere gladio tuo sup femur tuũ potentissime. Surgit pótifex et versus ad nouũ militez stãs et decto capite dić. Orem⁹.

Pontifex stans detecto capite dicit oõnez.

Omnipotens sempiterne deus sup hunc famulũ tuũ. N. qui eminenti mucrone circumcingi desiderat: gratiaz tue bene✠dictionis infunde: et eum dextre tue virtute fretuz: fac contra cuncta aduersantia celestibus armari presidijs: quo nullis in hoc seculo tempestatibus bellorũ turbet: Per xpm dñm nostrum. R. Amé. His dictis nouus miles osculat manũ pótificis: et depositis Ense et calcaribus vadit in pace.

Nouus miles osculat manũ pontificis.

De creatióe militis regularis.



Cum sũmus pontifex cõmittit aliqué creari seu recipi in milité sancti ioannis hierosolimitani: aut sãcti iacobi de spata: vel sãcti georgij: seu alterius ordinis militaris. Pontifex cui creatio huiusmodi siue receptio cómissa est: In primis debet interrogare diligenter creandum militez an emiserit aliquod votum solemne impediens: quo minus possit ingredi et assumere ordinez quem intendit profiteri. Si dixerit aliquod tale votũ emisisse: non debet cũ eo ad actũ cómissum procedi. Sin auté pontifex creat eum militem ordine suprascripto: tum imponit ei Crucé siue spatá: aut aliud signũ: siue habitum illũ quo milites illius ordinis: quem intendit profiteri vti consueuerunt. Deinde recipit ab eo adhuc genuflexo professionem per tales emitti solitaz votorum: et alias ßm morem illius ordinis siue militie. et iniungit ei: vt quoad vixerit singulis diebus dicat. cl. Pater noster. vel plura aut pauciora scdm ordinis siue militie illius instituta.

Pontifex interrogat militez an habeat votuz alicui⁹ religionis.

Epũs recipit milité regularé ad pfessioné et iponit ei orationes dicendas.

Sequit scda pars huius libri.



¶ Libri pontificalis s͡m ritū sancte Romane ecclesie. Pars secūda incipit.



¶ De benedictione ⁊ impositione primarij lapidis pro ecclesia edificandā.



Emo ecclesiā edificet priusq̄ȝ pontificis iudicio locus ⁊ atriuȝ designent̄: ⁊ quid ad luminaria: quid ad rectoris: ministrorumq̄ȝ stipēdia sufficiat: quidq̄ȝ ad ecclesie dotem pertineat: diffiniatur: ⁊ p̄ eū: vel eius auctoritate per sacerdotē: crux in loco figat̄: ⁊ lapis primari⁹ in fundamēto ponat̄. Pridie igit̄ lignea crux in loco vbi debet esse altare figatur. Sequēti vero die lapis in ecclesie fundatione ponendus: benedici debet hoc modo. Pōtifex paratus amictu alba: cingulo: stola: ⁊ pluuiali albi coloris: ⁊ mitra simplici: ⁊ baculū pastoralē in



sinistra tenés: stans cuz mitra in loco vbi ecclesia est fundanda benedicit sal ꝛ aquá: ꝛ exté sa dextra super sal absolute dicit.



Exorcizo te creatura salis ꝑ deum ✠ viuū: per deuz ✠ verū: per deū ✠ sanctū: per deuz qui te per heliseū ꝓphetá in aquā mitti iussit: vt sanaret sterilitas aque: vt efficiaris sal exorcizatū in salutē credētiū: ꝛ sis oibus te sumentibus sanitas anime ꝛ corporis: ꝛ effugiat atq; discedat ab eo loco: in quo aspersum fueris: ois fantasia ꝛ neqtia: ac versutia diabolice fraudis: omnisq; spūs immūdus: adiuratus per eum qui vēturus est iudicare viuos ꝛ mortuos: ꝛ seculum per ignem. Deinde deposita mitra dicit. ℣. Domine exaudi orōnē meā. ℟. Et clamor me⁹ ad te veniat. ℣. Dñs vobiscū. ℟. Et cū spū tuo. Oremus

Pontifex stás sine mitra dič oionem.

Domine sancte pater omnipotens... Immēsam clementiā tuam oipotens eterne deus humiliter iploramus: vt hác creaturá salis: quá in vsum generis humani tribuisti: bñ ✠ dicere ꝛ sancti ✠ ficare tua pietate digneris: vt sit oibus eū sumētib⁹ salus mētis ꝛ corporis: ꝛ qcqd ex eō tactum vel respsū fuerit: careat omni immūdicia: oiq; ipugnatione spūalis nequitie: per virtutez domini nostri iesu christi. Qui vētur⁹ est iudicare viuos ꝛ mortuos: ꝛ seculū per ignē. ℟. Amē. Tū accepta mitra: extēsa dextra super aquaz stans absolute dicit.

Pontifex stás cū mitra bñdicit aquá tenēs manū dextrā extēsam sup eā ꝛ pastorale in sinistra.

Exorcizo te creatura aque i noie dei pa ✠ tris oipotētis: ꝛ in noie iesu xpi fi ✠ lij eius dñi nři: ꝛ in virtute spiritus ✠ sācti. vt fias aqua exorcizata: ad effugādū oēm potestatē inimici: ꝛ ipsuz inimicū eradicare ꝛ explātare valeas: cū angelis suis apostaticis: ꝑ virtutē eiusdez dñi nři iesu xpi: q vēturus est iudicare viuos ꝛ mortuos: ꝛ sclm per ignē. Deinde deposita mitra dicit. ℣. Dñe exaudi orōnē meā. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dñs vobiscū. ℟. Et cū spū tuo. Oremus.

Pontifex stás sine mitra dič oionem.

Deus qui ad salutez humani generis: maxima queq; sacra in aquar substātia cōdidisti: adesto propitius inuocationibus nostris: ꝛ elemento huic multimodis purificationibus preparato: virtutem tue bene ✠ dictionis infunde: vt creatura tua mysterijs tuis seruiens: ad abijciendos demones morbosq; pellendos: diuine gratie sumat effectum: vt quicquid in domibus vel in locis fideliuz hec vnda asperserit careat omni imundicia: liberetur a noxa. Non illic resideat spiritus pe

stilens: nō aura corrūpens. discedāt oēs īsidie latētis inimici: ⁊ si qd est qđ aut incolumitati habitantiū inuidet: aut quieti: asp̄sione huius aque effugiat: vt salubritas per inuocationē tui sancti nominis expetita: ab oibus sit impugnationib⁹ defensa: per virtutē dñi nři iesu xpi: q vēturus est iudicare viuos ⁊ mortuos ⁊ seculum per ignē. ℟. Amen. Pōtifex accepto sale in dextrā mittit illud in aquā in modū crucis semel dicēs.

Pōtifex sal mittit i aquā imodū crucis dicens Hec cōmixtio.

Hec cōmixtio salis ⁊ aque efficiatur salutare sacramentū: in nomine pa✠tris ⁊ fi✠lij ⁊ spūs ✠ sancti. Quo facto super sal ⁊ aquā dicit ℣. Dñs vobiscū. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Deus iuicte virtutis auctor: ⁊ insupabilis imperij rex: ac semp magnificus triūphator: qui aduerse dñatiōis vires reprimis: qui inimici rugiētis seuitiā superas: qui hostiles nequitias potēter expugnas: te dñe trementes ⁊ supplices deprecamur ac petim⁹ vt hanc creaturā salis ⁊ aque dignāter aspicias: Benignus illustres. Pietatis tue rore sancti✠fices: vt vbicūqȝ asp̄sa fuerit: per inuocationē tui sancti nominis: omnis infestatio imūdi spūs abijciatur: terrorqȝ venenosi serpentis procul pellatur: ⁊ presentia sācti spiritus: nobis misericordiam tuā poscētib⁹ vbiqȝ adesse dignetur. Per dñz nostrū. ⁊c. ℟. Amē.

Pōtifex accipit mitrā ⁊ schola cātat aīāz et psalmum.

Tū pōtifex accipit mitrā: ⁊ schola cātat aīam ⁊ p̄s. sequētes. Aña.



Signū salutis pone domine ie su xpe in loco isto ⁊ nō pmittas introi re angelū pcutientem. E v o v a e. p̄s.

Quam dilecta tabernacula tua dñe virtutū: cōcupiscit ⁊ deficit anima mea in atria dñi.

Cor meum ⁊ caro mea: exultauerunt in deum viuum.

Etenim passer inuenit sibi domuȝ: ⁊ turtur nidū: vbi reponat pullos suos.

Altaria tua domine virtutum: rex meus ⁊ deus meus.

Beati qui habitāt in domo tua domine: in secula seculorum laudabunt te.

Beatus vir cuius est auxiliũ abs te: ascensionis in corde suo disposuit in valle lachrymarum: in loco quem posuit.

Etenim bñdictionẽ dabit legislator: ibunt de virtute in virtutẽ: videbitur deus deorum in syon.

Domine deus virtutum exaudi orationem meam: auribus percipe deus iacob.

Protector noster aspice deus: ⁊ respice in faciem christi tui.

Quia melior ẽ dies vna in atrijs tuis: super milia.

Elegi abiectus esse in domo dei mei: magisq̃ꝫ habitare in tabernaculis peccatorum.

Quia misericordiam ⁊ veritatẽ diligit deus: gratiam ⁊ gloriam dabit dominus.

Non priuabit bonis eos q ambulant in innocẽtia: dñe virtutũ: beatus homo qui sperat in te.

Gloria patri. Sicut erat ⁊c. Interim duꝫ premissa cantant̃. Pontifex cũ mitra aspergit locum vbi crux posita est cũ aqua p eñ benedicta finitis añã ⁊ ps. predictis. Põtifex stãs versus ad locũ p eũ aspsuꝫ deposita mitra dic̃. Orem⁹.

Duꝫ p̃missa cãtant̃ põtifex cum mitra stans aspergit locũ vbi crux posita est.

Eps stãs sine mitra dic̃it orõnẽ super locũ aspersuꝫ.

Domine deus: q licet celo ⁊ terra nõ capiaris: domũ tamen dignaris hẽre in terris: vbi nomẽ tuũ iugiter inuocet̃: locuꝫ hũc quesumus beate marie semper virginis. ⁊ beati. N. Nominando sanctũ vel sanctã in cuius honoreꝫ atqꝫ nomẽ fundabitur ecclesia Omniũqꝫ sanctorũ intercedentibus meritis visita: ⁊ p infusioneꝫ gratie tue ab omni inqnamẽto purifica: purificatũqꝫ cõserua: ⁊ q dilecti tui dauid deuotionẽ: in filij sui salomonis opere cõpleuisti: in hoc opere desideria nostra pficere digneris: effugiãt qꝫ oẽs hinc nequitie spirituales Per dñm. ℟. Amẽ. Post hec stãs adhuc sine mitra pontifex benedicit primariũ lapideꝫ dicens. ℣.

Hic nominat scm̃ vel scãꝫ i cui⁹ noie ecclia fundãda ẽ.

.ij. Re. vij. Pontifex sine mitra bñdicit pmariuꝫ lapidẽ.

Adiutoriũ nr̃m in noĩe dñi. ℟. Qui fecit celũ ⁊ terrã. ℣. Sit nomen dñi bñdictũ. ℟. Ex hoc nũc ⁊ vsqꝫ in seculũ. ℣. Lapidẽ queꝫ reprobauerũt edificãtes. ℟. Hic factus est in caput anguli. ℣. Tu es petrus. ℟. Et sup hanc petrã edificabo ecclesiã meã. ℣. Gl'ia patri. ℟. Sicut erat. Oremus.

Domine iesu xp̃e fili dei viui: q es verus oĩpotens deus: splendor ⁊ imago eterni patris ⁊ vita eterna qui es lapis angularis de monte sine manibus excisus: ⁊ imutabile fundamẽtũ: hũc lapideꝫ collocandũ in tuo nomine cõfirma: ⁊ tu qui es principiuꝫ ⁊ finis: in quo principio deus pater ab initio cuncta creauit: sis q̃ sumus principiũ: ⁊ incrementũ ⁊ cõsumatio ipsiuꝫ operis: quod debet ad laudẽ ⁊ gloriaꝫ tui nominis inchoari: qui cũ patre ⁊ spiritu sancto viuis ⁊ regnas deus p oĩa scl'a seculorũ. ℟. Amẽ. Orem⁹.

Dañ. ij.

Gen. j.

Domine sancte pater omnipotens eterne deus bene✠dicere dignare hunc lapideꝫ:

in fundamētū ecclesie: in honorē sancti. N. Per dñm nostrū iesū xpm filium tuū lapidē angularē electū. preciosum in fundamento fundamētū de quo dicit apostolus: Petra autē erat xps. Qui tecū et cum spiritu sancto viuit et regnat deus per oīa secula seculorum. ℟. Amen. Tūc aspergit lapidem ipsum aqua benedicta. et accepto cultro per singulas ptes sculpat in eo signū crucis dicens. In nomine pa ✠ tris et fi ✠ lij et spūs ✠ sancti. Quo facto dicit. Oremus.

j. petri. ij.

j. Cor. x.

Pōtifex aspgit pmariū lapidē aqua bndicta et cū cultello i singulis ptib⁹ lapidis sculpit signum crucis dicēs In noie patris et c.

Benedic domine creaturam istā lapidis: vt sit remediū salutare generi humano et presta per inuocationē sancti nominis tui: vt quicūqz ad hanc ecclesiam edificandā et perficiēdā pura mēte auxilium dederint: corporis sanitatē et anime medelam pcipiant. Per xpm dñm nostrū. ℟. Amē. Deinde ponitur in terrā aliqd tapete: et desuper faldistoriū: super qd pontifex accepta mitra accūbit. Tū dicit Letania s. fo. x. Posita vsqz ad finē qua finita: Pōtifex deposita mitra surgit: et stās versus ad priariū lapidē dic. Oremus.

Pōtifex pcūbit super faldistoriū positū sup tapete et dicit letania.

Pōtifex surgēs sine mitra dic orationē sup lapidē pmariū




Actiones nostras quesumus dñe aspirādo pueni: et adiuuādo psequere: vt cuncta nostra oratio et operatio a te semper incipiat: et p te cepta finiatur. Per xpm dominū. ℟. Amen. Deinde parato cemento: et cemētario assistente. Pontifex cū mitra ponit ipsum primarium lapidem in fundamento: inchoans schola prosequente. Antiphonam.

Pōtifex ponit pmariū lapidē i fundamēto inchoans añ Mane schola psequente ipsam et ps.



Mane surgēs iacob erigebat




lapidē in titulū fundēs oleū de-



super: votū vouit domino: ve-



re locus iste sanctus est: et e-



go nesciebam. E v o v a e. Ps.

Nisi domin⁹ edificauerit domum: in vanū laborauerūt qui edificant eam.

Nisi dñs custodierit ciuitatem: frustra vigilat qui custodit eam.

Vanū est vobis ante lucē surgere: surgite postq̄ sederitis qui mā ducatis panem doloris.

Cum dederit dilectis suis somnum: ecce hereditas domini filij merces fructus ventris.
Sicut sagitte in manu potentis: ita filij excussorum
Beatus vir qui implevit desiderium suum ex ipsis: non cõfundetur cum loquetur inimicis suis in porta.
Gloria pr̃i ꝛ filio ꝛ sp̃ui sctõ. Sicut erat in pricipio ꝛc. Quo dicto põtifex stans cũ mitra: tãgens ipz lapidẽ in fũdamẽto positũ dicit.

Dicto ps põtifex stãs cũ mitra tãgit lapidẽ i fũdamẽto positũ dicẽs In fide ꝛc.


In fide iesu xp̃i collocamus lapidẽ istũ primariũ in hoc fundamento: In noie pa ✠ tris: ꝛ fi ✠ lij: ꝛ spiri ✠ tus sancti: vt vigeat vera fides hic: ꝛ timor dei: fraternaqz dilectio: ꝛ sit hic locus destinatus orationi: ꝛ ad inuocãdũ ꝛ laudandũ nomen eiusdem dñi nr̃i iesu xp̃i: qui cũ patre ꝛ spiritu sctõ viuit ꝛ regnat de⁹: Per oia scl'a seculorũ. Interim cementarius locat ipsũ lapidẽ cũ cemẽto: postea põtifex spargit sup lapidem aquã benedictam: dicens.

Cemẽtari⁹ collocat lapidẽ cũ cemento ꝛ põtifex spargit sup ipm aquã dicẽs. Asperges.

Asperges me domine isopo ꝛ mundabor: lauabis me: ꝛ super niuem dealbabor. psal's.
Miserere mei de⁹: ſm magnã misericordiã tuaz ꝛc. Totus dicitur cũ. Gloria patri ꝛ. Sicut erat. Quo dicto põtifex spargit aquaz benedictã per oia fundamẽta si sunt aperta: si non sunt aperta: circuit aspergendo fundamenta ecclesie designata: hoc modo. Incipiens aspergere ꝛ circuire inchoat schola prosequẽte Añam.

Põtifex aspgit locũ totuz vbi fieri dñt fundamẽta ꝛ incipiẽs aspergere ichoat añ O q̃.





O quam metuendus est locus



iste: vere non est hic ali-



ud nisi domus dei et



porta celi. Euouae. ps.

Fundamenta eius in montibus sanctis: diligit domin⁹ portas syon super omnia tabernacula Jacob.
Gl'iosa dicta sũt de te: ciuitas dei.
Memor ero raab ꝛ babylonis: scientium me.
Ecce alienigene ꝛ tyrus ꝛ populus ethiopum: hij fuerunt illic.
Nunquid syon dicet homo et homo natus est in ea: ꝛ ipse fundauit eam altissimus.
Dñs narrabit in scripturis po-

pulorum: ꝛ principum horuz qui fuerunt in ea.

Sicut letantium omnium: habitatio est in te.

Gloria patri ꝛ filio ꝛ spūi sancto. Sicut erat ꝛc. Et repetita aā. Interim aspergendo ꝑcedit vsqꝫ ad tertiā partē fundamentorū apertorū: seu designatorū: vbi subsistit: ꝛ repetita aā pōtifex stās ibidē deposita mitra dic̄. Oremꝰ. Et ministri. Flectamꝰ genua: Leuate.

Pōtifex cū mitra aspergēdo procedit vsqꝫ ad tertiā partē fundamētorū designatoruz ꝛ ibi stās sine mitra dic̄ orōnem.

Omnipotēs ꝛ misericors deus: qui sacerdotibus tuis tā taz pre ceteris gratiā cōtulisti: vt quicquid in tuo noīe digne pfecteqꝫ ab eis agit̄: a te fieri credat̄: quesumus imensaz clementiā tuam: vt quicquid modo visitaturi sumus: visites: ꝛ quicquid bn̄dicturi sumus: bn̄dicas: sitqꝫ ad nostre humilitatis introitū: sanctorum tuorū meritis fuga demonū: ꝛ angeli pacis igressus. Per xp̄z dominū nostrum. ℞. Amen.

Deinde incpoat schola prosequente aāam.

Pōtifex incboat aāa ꝫ schola pſequēte. Pax

Pax eterna ab eterno huic domui. Pax perhennis verbū patris sit pax huic domui.

pacem pius consolator huic prestet domui.

Interim pontifex accepta mitra: aspergendo ꝑcedit vsqꝫ ad aliaz tertiā partē fundamētorū apertoruz: seu designatorū: ibidē subsistens: ꝛ finita aā stās cū mitra dic̄.

Pōtifex cuz mitra dū aā cātat̄ aspgit ad aliā tertiā prē fundamētoruz designatorū ꝛ dicta aāa stās sine mitra dic̄ orōnem.

Omnipotentē deū fratres carissimi: in cuius domo multe sunt māsiones: supplices depre cemur: vt locū istum nomini suo edificandū: p serenissimā pietatē suā: bn̄dicere: sanctificare: ꝛ consecrare digne͂t. Per dn̄z nr̄m iesuz xp̄m: qui cū patre ꝛ spū sancto viuit ꝛ regnat deus: p oīa sc̄la seculorū. ℞. Amen. Deinde inchoat: schola ꝑsequte Aāam.

Pōtifex incboat aāa ꝛ schola pſequit̄ ipaz ꝛ psalmum.

Bene fundata est domus domini supra firmam petram.

Euouae. ps.

Letatus sum in his que dicta sunt mihi: in domum domini ibimus.

Stantes erant pedes nostri: in atrijs tuis hierusalem.
Hierusalem que edificatur vt ciuitas: cuius participatio eius in idipsum.
Illuc enim ascēderūt tribus tribus dn̄i testimoniū israel: ad cōfitendum nomini domini.
Quia illic sederunt sedes in iudicio: sedes super domum dauid.
Rogate que ad pacē sunt hierl'z: ꝛ habundantia diligentibus te.
Fiat pax in virtute tua: ꝛ habūdantia in turribus tuis.
Propter fratres meos ꝛ proximos meos: loquebar pacem de te.
Propter domū domini dei nostri: quesiui bona tibi.
Gloria patri ꝛ filio ꝛ spiritui sancto. Sicut erat ꝛc. Et repetitur an. Interim pōtifex aspgēdo procedit per vltimā tertiā partē fundamentoꝝ apertoꝝ: seu designatoꝝ: reuertēs ad locū in quo lapidē iposuit: vbi repetita an̄: stās deposita mitra dicit. Oremꝰ. Et ministri. Flectamꝰ genua: Leua.

Pōtifex cū mitra aspergit tertiā partē fundamētorū designatoꝝ ꝛ redit ad locū in q̄ lapidē posuit.

Deus qui ex omni cooptatione sanctoꝝ eternū maiestati tue cōdis hitaculū: da edificationi tue icrementa celestia: vt qd̄ te iubēte fundaẗ: te largiēte pficiaẗ. Per xp̄m dn̄m nr̄m. ℟. Amē. Subsequēter pōtifex ibidē stās sine mitra ichoat schola psequēte hym.

Pōtifex ibidē stans sine mitra inchoat hymnū Veni creator schola psequente hym̄ totū.

Veni creator spiritus.

Et dicit' totꝰ put habet' s. fo. xix. Quo ichoato pōtifex genuflectit vsq; ad finē primi ꝟsus. Tūc surgit: stans detecto capite vsq; ad finē hymni. q̄ finito dicit Oremꝰ.

Pontifex post ichoationē hymni gēuflectit ꝛ sic manet dū primꝰ ꝟsus dicit' sine mitra.

Descēdat q̄sumus dn̄e deus spiritus tuus sanctꝰ sup hāc domū edificādā: qui ꝛ populi tui dona sāctificet: ꝛ ipsius corda purificet. Per christū dominū nostrū. ℟. Amen. Oremus.
Deus qui in omni loco dn̄ationis tue benignus exauditor ꝛ cōstructor existis exaudi nos que sumus ꝛ presta: vt iuiolabilis huius loci permaneat constructio: ꝛ beneficia tui muneris: vniuersitas que tibi supplicat pcipere mereatur. Per dn̄m nostrum ꝛc. ℟. Amen. Hoc facto accepta mitra pōtifex si placet: sedēs ibidem in faldistorio exhortaẗ populū ad cōtribuendū pro structura ecclesie noue: ꝛ alijs oportunis. Deinde dat bn̄dictionē solēnē dicēs.
Sit nomen dn̄i benedictū ꝛc. Et in fine concedit indulgētias. His expletis: si velit: parat se ad celebrandū missā in dicto loco: de sancto: in cuius nomine ecclesia fundatur.

Pōtifex dat solennē bn̄dictionē ꝛ indulgentias: ꝛ si vult celebrat dicēs missā de sancto i cuius honore fundaẗ eccl'ia.

De ecclesie dedicatione seu consecratione.



Ecclesiarū consecrationes quāuis omni die de iure fieri possint. decētius tn̄ in dn̄icis diebꝰ vel sctōrū solēnitatibus fiūt. Dn̄a aūt eccl'ia fuerit dedicanda: debet ar-

Ecclesiarum dedicationes decētiꝰ i diebꝰ dn̄icis ꝛ festiuis celebrant'.

chidiaconus prenunciare clero ⁊
populo: quibus est ecclesia cõse/
cranda: vt priusq̃ cõsecretur ieiu
nent. Idez faciat põtifex q eaz cõ
secrare debet. Sicut eniz ait bea/
tus leo in epistola ad dioscorum:
Is qui põtificẽ presbyterum: vel
diaconũ benedicturus est: ⁊ etiã
is qui benedicitur ieiunare debent:
multo magis in tanta: ⁊ tam san
cta solemnitate: taz cõsecrans: q̃z
qui petunt sibi ecclesiã cõsecrari:
ieiunare tenentur. Sane p̃cedẽti se
ro ante diez dedicationis: Põti
fex parat reliquias in altari conse
crando includendas: ponens eas
in decẽti ⁊ mũdo vasculo: cuz tri/
bus granis thuris: ponit etiã in
eo cartulã de pergameno: scriptã
de grossa littera: cõtinentẽ cuius/
modi reliquie sint ibi icluse: ⁊ ad
cuius sancti honorẽ ⁊ nomen: ec/
clesia ipsa ⁊ altare dedicãtur: no/
men cõsecratoris. Indulgentiaz
quã in anniuersario dedicatiõis
die cõcedit. annũ quoqz. diem: ⁊
mẽsem qbus dedicatur. sub hac for
ma. M.cccc.lxxxv. die. iij. mẽsis ia
nuarij. Ego. A. Eps pietin⁹. cõse
craui ecclesiã: ⁊ altare hoc i hono
rẽ sancti. N. ⁊ reliqas btõrũ mar
tyrũ. N. ⁊ A. in eo inclusi: singulis
xpi fidelibus hodie vnuz annũ: ⁊
in die anniuersario cõsecrationis
huiusmodi ipsam visitãtibus. xl.
dies de vera indulgẽtia in forma
ecclie cõsueta cõcedẽs. Sigillans
ipsuz vasculũ diligẽter: ⁊ illud in
mũdo ⁊ honesto loco: vel sub tẽ/
torio ante fores ecclesie cõsecran
de parato ponẽs: ⁊ sup ornatũ fe
retrũ honeste collocans: cũ duo/
bus cãdelabris ⁊ luminaribus ar
dentib⁹. ¶ Celebrãdeqz sunt vi
gilie ante reliquias ipsas ⁊ canen
di nocturni ⁊ matutine laudes: in
honore sanctorũ quorũ reliquie
sunt cõdẽde imagines vero: cru
ces: ⁊ alia ipsa nocte remaneãt in
ecclesia cõsecrãda. In mane vero
diei qua cõsecratio fieri debet pa
rantur in ecclesia que ad dedica/
tionẽ ecclesie ⁊ altaris sunt neces/
saria: videlicet: Sanctuz chrisma
i vasculo ⁊ ampulla. Oleũ sanctũ
cathecuminorũ: etiã in vasculo ⁊
ampulla. Due libre thuris vel cir
ca: cuius medietas sit in granis.
Thuribulũ cũ nauicula: ⁊ coclea
ri. Uas cũ prunis ardentib⁹. Uas
cum cinerib⁹ pro quãtitate eccle/
sie. Uas cũ sale. Uas vini. Asper/
soriũ factũ de herba isopi. Man/
tilia ex tela grossa ad extergendũ
altaria quotiens expedierit. Co/
opertura linea cerata ad mensu/
rã altaris: pro quolibet altari cõ
secrãdo. quinqz cruces parue eti
am pro quolibet altari consecrã
do: facte de çandelis cere subtili/
bus. Alique spatule lignee par/
ue: ad abradendum de altari cõ
bustiones candelarum ⁊ thuris.
Uas in quo ipse rasure deponan
tur. Calx: Arena siue tegula tri/
ta: ad faciendum cementum pro
liniendo sepulchrum reliquiarũ
⁊ iuncturam mense altaris cum

Põtifex cõ/secraturus ecclesiã de/bet p̃cedẽti die ieiunare

Põtifex p̃/cedenti die parat reli/quias i decẽti vase eas collocãs cũ tribus gra/nis thuris ⁊ cartula de pgameno.

Forma con scribẽda in cartula.

Matutine cãtãde sunt de sctis qrũ reliquie sũt cõdende.

Que parã/da sunt pro eccl̃ia cõse/crãda.

Sctm̃ chri/sma. Oleũ cathe cuminorũ.

Due libre thuris.

Turibulũ.

Aqua vinũ cinis ⁊ sal. Aspersoriũ ysopi.

Cruces fac te ex cãdel/lis.

Spatule li/gnee.

stipite. Cemētarius qui hoc agat.

Duo itortitia.

Duo itortitia accensa: que semp pcedāt pōtificē quocūq3 ierit.

Vasa cū aq̄

Vasa cū aqua ad abluēdas man⁹ pōtificis quotiēscūq3 expedierit: ⁊ medulla panis: ac mātilia pro extergēdis manibus.

Due libre bōbicis vel stupe.

Due libre bōbicis vel stuppe subtilis pro extergēdis crucib⁹ vnctis que fiūt in parietibus ecclesie: ⁊ in stipite altaris. Duo vasa cū aqua bñdicenda: vnū extra ecclesiā3: ⁊ aliud intus in p̄sbyterio.

Tobalee noue.

Tobalee noue mūde: ⁊ vasa ac ornamenta ad cultū dei: ⁊ ecclie ⁊ altaris postq̄ cōsecrata fuerit ptinentia bñdicēda.

xij. cruces i ecclesia pingant.

Itē depingant in parietibus ecclie itrinsecus per circuitū duodecim cruces: circa decē palmos: sup terrā videlicet tres pro qualibet ex quatuor parietibus. Et ad caput cuiuslibet crucis figat vn⁹ clauus: cui affigatur vna candela vnius vncie vel circa. Scala vel aliud edificiū sup quo ascēdēs pōtifex possit attingere ipsas duodecim cruces.

Fontes ecclesie debēt esse mūdi ⁊ vacui.

Fontes ecclie in qbus cōseruat aqua bñdicta vacui sint ⁊ bene mundi. Et puideat q ecclesia possit exterius libere circuiri.

Prouideat q ecclia exterius possit circuiri.

¶ Interim autē dū premissa parant: Pontifex in suo habitu quotidiano venit ad eccliam: ⁊ sedens ante altare consecrādū: annūciat populo in cuius sancti honorē ⁊ nomē ecclesia est dedicanda: ⁊ quorū sanctorū reliqe sunt in altari recōdende. Quo facto: ordinat in ecclia ɔsecrāda que ordinanda sunt: ⁊ eius iussu accēduntur pmisse duodeci3 cādele: ⁊ faldistorū ornatū ponit supra tapetem in medio ecclesie: ⁊ mox pōtifex exit ecclesia3 cunctis inde exire iussis vno tantu3 diacono: Amictu: alba: cigulo ⁊ stola parato intus remanente: ⁊ ecclie fores claudunt.

Epus i habitu quotidiano sedēs añ altare pnūciat pplo i cuius sancti honorē illa ecclia sit cōsecranda.

Accēdūtur in ecclia xij cādele ante cruces.


Pōtifex cū oib⁹ exit ecclesia3 vno solo diacono i ea relicto et porte claudunt.

¶ Tunc pōtifex cū clero ⁊ populo accedit ad locū vbi pridie reliquie posite fuerūt: ⁊ ibi incipit ⁊ dicit voce submissa cu3 clericis septē psalmos cū añ. Ne reminiscaris ⁊c. Sine letania: quos require supra. fo. lxvj. Induens interum amictū: albā: cingulū ⁊ stolam: ⁊ pluuiale albi coloris: sine manipulo: accipiens mitra3 simplicē in capite: ⁊ baculū pastoralē in manum sinistra3. Alter quoq3 diaconus parat similiter amictu: alba cingulo ⁊ stola. Subdiaconus etiā amictū: albā: ⁊ cingulu3 induitur. Acolyti ⁊ alij ministri: superpellicijs parant. Quib⁹ omnibus sic paratis: ⁊ premissis septē psalmis expletis: redeunt ante fores ecclesie cōsecrande: ⁊ parato ibi alio sup tapete3 faldistorio. Pōtifex stans sine mitra inchoat ⁊ schola prosequitur añā3.


Expletis septē ps pōtifex ad fores ecclie stans sine mitra īchoat añ.



Adesto deus vnus omnipo-



tens pater et filius et spiri-



Deinde dicit stans eodem mo-

Pōtifex dicit orōnē.


Actiones nr̄as do. Orem⁹. Actiones nostras quesumus domine aspirando preueni: et adiuuando prosequere: ut cuncta nostra oratio et operatio a te semper incipiat: et per te cepta finiatur. Per christum dominum nostrum. ℟. Amen. Qua dicta pontifex accepta mitra procumbit supra faldistorium ibidem preparatum: et cantores incipiūt Letaniam supra. fo. x. Positam: et eam prosequitur vsq3 ibi Ab omni malo libera nos domine exclusiue. Tunc surgens Pontifex ab accubitu: et stans cum mitra benedicit ibidem: vel sub tentorio aquam et sal simpliciter extensa dextra super sal absolute dicens. Exorcizo te creatura salis. Prout habetur supra in Benedictione primarij lapidis. Expleta aque benedictione. Pontifex stans sine mitra aspergit se et circumastātes cū illa: inchoans schola prosequente Antiphonam.


Dicta oratione pontifex procūbit cū mitra sup faldistoriū ibi paratū et incipiunt letaniā et prosequūt vsq3 dum dicitur Ab omni malo.

Pontifex stās sine mitra aspergit se et circumstātes aqua bñdicta et īcipit añ.












Qua incepta imposita sibi mitra: stans ante fores ecclie: precedentibus ipsum duobus acolytis cum candelis accensis incipit circuire ad manū dextrā pcedens cū choro et populo: et aspergens cū ipsa aqua forinsecus parietes ecclie: in superiori parte earū: et cimiteriū: dicens semp. In noie pr̄is et filij et spūs scti. Interim finita dicta añā schola cantat Responsorium.


Incepta añ epūs cum mitra stans añ fores ecclie īcipit circuire ecclīā ad manū dextera3 pcedēs aspgit parietes forinsec⁹ alte et cimiteriū semp dicens in nomine patris etc.


Finita añ schola cantat ℟.











Expleto circuitu pontifex perueniens ante ostium: stans ibidem versus ad ostium deposita mitra dicit Oremus. Et ministri. Flectamus genua: Leuate.

Expleto circuitu pontifex pueniēs añ ostiū ecclesie stans ibidem sine mitra v̄sus ad ostiū dicit Oremꝰ ⁊ ministri flectamꝰ genua ⁊ leuate et dicit oronē.


Omnipotens sempiterne deus: q in oi loco dominationis tue totus assistis ⁊ totus oparis: adesto supplicationibꝰ nr̄is: ⁊ huius domus cuius es fūdator esto protector: nulla hic nequitia contrarie potestatis obsistat: sed virtute spiritus sancti operāte: fiat hic semꝑ purum seruitiū: ⁊ deuota libertas. Per xp̄m dominū nr̄m. ℟. Amē. Quo dicto pōtifex accepta mitra ad ostiū ecclie appropinquās: ꝑcutit semel cū iferiori parte baculi pastoralis supliminare ipsius ostij dicēs itelligibili voce.

Pōtifex cū mitra stans ꝑcutit cū baculi pastoralis pte iferiori suplimināre ostij dicēs Tollite



Tollite portas principes vestras: ⁊ eleuamini porte eternales: ⁊ itroibit rex glie. Diaconus intus existēs dicat alta voce. Quis est iste rex glie? Pontifex rñdet. Dñs fortis ⁊ potēs: dñs potēs in ꝑlio. Deinde pōtifex iterū circuit ecclīā cū clero ⁊ pplo: incipiēs ad eādē manū dextrā aspgēdo parietes iuxta fūdamētū ipsarum: ⁊ cimiteriū: dicēs semper. In noie pa✠tris et ✠filij ⁊ spiritussā✠cti. Interī schola cātat ℟.

Pōtifex iterum circuit ecclesiaʒ ad manū dexteraʒ icipiens ⁊ aspergit parietes ecclesie: iuxta fundamentū ⁊ cimiteriuʒ dicēs semper In noie patris ⁊c.





Exaudi preces.

Expleto se/cũdo circui/tu reuertit ad fores ec/clesie ⁊ sine mitra stans dicat oroné.

Expleto circuitu pontifex perue/niens ante ostium stans ibidem versus ad illud: deposita mitra di/cit. Oremus. Et ministri. Flecta

Omus genua: Leuate. Omnipotens sempiterne deus: qui per filium tuũ angularez scilicet lapidé: duos ex diuerso venientes ex circũcisione: ⁊ preputio: parietes: duos greges ouiũ: sub vno eodemq3 pastore vnisti: da famulis tuis per hec nostre deuotionis officia indissolubile vinculum charitatis: vt nulla diuisione mentium: nullaq3 peruersitatis varietate sequestrẽtur: quos sub vnius regimine pastoris: vnꝰ grex continet: vniusq3 te custode ouilis septa concludũt. Per christum dominum nostrũ. ℟. Amẽ. .i. petri.

Tũ accepta mitra appropinquãs iterum ad ostiuz percutit secũdo cum baculo pastorali super liminare dicens simili voce vt prius.

Põtifex accepta mitra pcutit superliminare ostij cuz baculo dicẽs Tollite.


Corpora sanctorũ in pace sepulta sunt: ꝛ viuent nomina eorũ in eternũ. ℣. Gloria patri. Post hec deposita mitra dicit. Oremꝰ.
Deus qui ex omni coaptatione sanctorum: eternum maiestati tue condis habitaculum: da edificationi tue incremẽta celestia: ꝛ presta vt quorum hic reliquias pro tuo amore complectimur: eorũ semper meritis adiuuemur. Per christum dominuz nostrum. ℟. Amen. Tunc accepta mitra eo prius incipiente Cemẽtarij cum cemẽto bñdicto firmãt ipsam tabulã seu lapidẽ sup foramẽ seu sepulchrũ. Deinde põtifex facit crucez desuper ex chrismate

cũ pollice dextre manus dicens:
S Igne✠tur ⁊ sanctificetur hoc altare. In nomine patris ⁊ filij ⁊ spiritus sãcti pax tibi.
Põtifex sine mitra inchoat aña. Stetit.
Tũ deposita mitra inchoat scho la seu ministris prosequẽtibus.
S Tetit angelus iuxta arã templi habens thuribulum aureum in manu sua: ⁊ data sunt ei incẽsa multa: ⁊ ascẽdit fumus aromatum in conspectu dei alleluia.
Iñterĩ sine mitra põtifex iponit ⁊ bñdicit icẽsũ i thuribulo ⁊ thurificat altare vndiqz ad dextrũ ⁊ sinistrũ lat⁹ añ desup: tũ dicit stãs corã altari sine mitra.
Itez sine mitra bñdicit incensũ et thurificat altare ab oĩ parte ⁊ postea dic̃ orationem.



D Irigat̃ oratio nostra quesumus dñe sicut incensũ in conspectu tuo: ⁊ copiosa beneficia xp̃ianus populus assequatur: vt quicunqz tibi in hoc altari sacrãda libamina deuotus obtulerit: vel sacrata susceperit: subsidia p̃sentis vite accipiat: ⁊ remissionẽ oium peccatorũ pariter cõsequãtur: ⁊ gratiã sempiterne redemptionis percipiat. Per xp̃m dñz nr̃m. ℞. Amen. Post hec pontifex accepta mitra extergit mensã altaris cũ linteo mundo: ⁊ mox iposito ⁊ benedicto incẽso in thuribulo thurificat super illã in modũ crucis in medio ⁊ in quatuor eius cornibus: in locis in q̃bus eã aqua sancta signauit ichoãs scho la seu ministris p̃sequẽtibus. ℞.
Pontifex stans cum mitra altare extergit ⁊ thurificat illud in qnqz locis vbi fecit cruces cũ aqua inchoans ℞. Dirigatur.
D Irigat̃ orõ mea sicut incensum in cõspectu tuo dñe. ℣. Eleuatio manuũ tuarũ sacrificiũ vespertinũ. Q̃d dum dicit̃ pontifex cũ mitra circuit ter altare semper ⁊ cõtinue thurificando. Finita icensatione tradit thuribulũ vni sacerdoti superpellicio induto qui cõtinuo vsqz ad finẽ cõsecrationis icensat altare p̃dictũ illud circũeundo: excepto eo tẽpe quo põtifex illud habet incẽsare. Tũ põtifex ichoat ⁊ schola seu ministri prosequuntur añam.
Põtifex incipit aña q̃ dicta dicit̃. ps Q̃ dilecta ⁊ ad omnẽ ei⁹ v̄sũ repetit̃ aña.
E Rexit iacob lapidem in titulum: fundens oleũ desuper votum vouit deo iacob. ps.
Q Uam dilecta tabernacula tua dñe virtutũ: cõcupiscit ⁊ deficit anima mea in atria dñi. Repetitur añ. C or meum ⁊ caro mea: exultauerunt in deum viuũ. Añ repetit̃. E tenim passer inuenit sibi domũ: ⁊ turtur nidũ vbi reponat pullos suos. Repetitur añ. A ltaria tua dñe virtutũ: rex meus ⁊ deus meus. Aña repetitur. B eati qui habitãt in domo tua dñe: in secula seculorũ laudabunt te. Repetit̃ añ. B eatus vir cuius est auxilium abs te: ascensiones in corde suo disposuit i valle lachrymarũ: in loco quẽ posuit. Añ re

petitur. E tenĩ benedictionem
dabit legislator: ibunt de virtute
in virtutē: videbitur deus deorū
in syon. Repetitur añ. D ñe deus
virtutū exaudi orationē meã: au
ribus percipe deus iacob. Añ. re-
petitur. P rotector nr̃ aspice de-
us: ⁊ respice in faciē xp̄i tui. Repe
tit̃ añ. Q uia melior est dies vna
in atrijs tuis sup milia. Añ. repeti
tur. E legi abiectus esse in domo
dei mei: magisq̃ habitare in ta-
bernaculis peccatorū. Repetitur
añ. Q uia misericordiã ⁊ veritatē
diligit deus: gratiã ⁊ gloriã dabit
dñs. Añ. repetit̃. N on priuabit
eos bonis q̃ ambulãt in innocen
tia dñe virtutū: beatus homo q̃
sperat in te. Et non dicit̃. G loria
patri, sed añ repetit̃. Dū añ ⁊ ps.
predicti dicunt̃ pōtifex mitraz te
nens facit cruces de oleo sancto
cathecuminorū cū pollice dextre
manus in medio altaris ⁊ in qua
tuor eius cornibus in locis in qui
b⁹ fecerat cruces de aqua bñdicta:
dicens dũ singulas cruces facit.

> Dū ꝓdicta cãtant̃ pōtifex cū mitra facit cruces de oleo cathecuminoruz in quatuor locis in qb⁹ fecerat cruces cū aqua dicens Sanctificetur.

S Ancti ✠ ficet̃ ⁊ cōsecret̃ la-
pis iste. In noīe patris ⁊ fi-
lij ⁊ spiritus sancti: in honorē dei:
⁊ gloriose virginis marie: ac oīuz
sanctorū ad nomē ⁊ memoriã san
cti talis pax tibi. Deinde pōtifex
iponit incensuz in thuribulū ⁊ cū
bñdicit ⁊ accepto thuribulo a sa
cerdote altare incensante: cuz mi
tra inchoat schola seu ministris
prosequentibus ℣sum.

> Pōtifex bñdicit incensuz ⁊ thurificat altare ⁊ incipit ℟. Dirigatur.

D irigat̃ oratio meã sicut in-
censum in cōspectu tuo dominē.
℣ Eleuatio manuuz mearuz sacri
ficium vespertinū. Quo incepto
pōtifex circuit semel altare ad dex
trã thurificãdo illud. Deinde re-
stituto thuribulo sacerdoti: dicit
Oremus Et ministri. Flectam⁹
genua: Leuate.

> Pōtifex iterū altare vt supra thurificat ⁊ dicit orationem sine mitra.

A Dsit domine misericordie
tue ineffabilis pietas: ⁊ sup hunc
lapidē opē tue bene ✠ dictionis
⁊ virtutē vnctionis īfunde: vt te
largiēte referat premiū: q̃squis in
tulerit votum. Per xp̄z dñm no-
strum. ℟. Amen. Oratione fini
ta pontifex inchoat: ⁊ schola seu
ministri ꝓsequuntur añaz.

> Pōtifex incipit añ. Mane q̃ dicta dicit̃ ps. Bonū est ⁊ ad singulos ci⁹ versus repetitur aña.

M Ane surgens iacob erige-
bat lapidem in titulum fundens
oleum desuper votum vouit do-
mino: vere locus iste sanctus est:
⁊ ego nesciebam. Psalm⁹.
B Onuz est confiteri domino
⁊ psallere nomini tuo altissime.
Añ. repetitur. A d annunciãduz
mane misericordiam tuã: ⁊ verita
tē tuam per noctem. Repetit̃ añ.
In dechacordo psalterio: cū can
tico in cythara. Aña repetitur.
Q uia delectasti me domine in
factura tua: ⁊ in operibus manu
um tuarū exultabo. Repetit̃ aña.
Quoniã magnificata sunt opera
tua dñe: nimis ꝓfunde facte sunt
cogitationes tue. Aña repetitur.
V ir insipiens non cognoscet: ⁊
stultus non intelliget hec. Repe
titur añ. C um exorti fuerint pec
catores sicut fenū: ⁊ apparuerint

omnes qui operãtur iniquitatẽ. Aña repetitur. Et intereãt in seculum seculi: tu autem altissimus in eternũ domine. Repetitur añ. Quoniã ecce inimici tui dñe: quoniã ecce inimici tui peribunt: ⁊ dispergentur omnes qui operantur iniquitatem. Aña repetitur. Et exaltabitˀ sicut vnicornis cornu meum: ⁊ senectus mea in misericordia vberi. Repetitˀ añ. Et despexit oculus meus inimicos meos: ⁊ insurgentibꝰ in me malignãtibꝰ: audiet auris mea. Aña repetitˀ. Iustus vt palma florebit: sicut cedrus libani multiplicabitur. Repetitur añ. Plantati in domo domini: in atrijs domus dei nostri florebũt. Aña repetitur. Adhuc multiplicabuntur in senecta vberi: ⁊ bene patientes erũt vt annũcient. Repetitur añ. Quoniã rectus dominus deus noster: ⁊ non est iniqtas in eo. Et non dicitur Gloria patri. Sed aña repetitˀ. Interim põtifex accepta mitra facit cruces cũ pollice de eodẽ oleo cathecuminorũ in eisdem locis altaris dicens: dũ singulas cruces facit.

Pontifex stans cũ mitra facit iterato cruces de eodẽ oleo in eisdem quinqz locis dicens Sanctificetˀ ⁊c.

Sancti ✠ ficetˀ ⁊ consecretur lapis iste. In noie patris ⁊ filij ⁊ spiritus sancti. in honorem dei: ⁊ gloriose virginis marie: ac oium sanctorũ: ⁊ memoriã sancti talis. Pax tibi. Deide põtifex iponit incẽsũ in thuribulũ ⁊ ipsũ bñdicit: ⁊ accepto thuribulo a sacerdote altare icẽsãte: cũ mitra ichoat scola seu ministris psequentibꝰ añ.

Põtifex iterũ circuit altare ⁊ incensat vtrõ ⁊ cũ mitra ichoat ⁊ñ Dirigatur.

Dirigatˀ oro mea sicut icẽsũ in cõspectu tuo dñe. ℣. Eleuatio manuũ mearum sacrificiũ vespertinũ. Quo icepto circuit itez semel altare ad dextrã illud incensando: quo facto restituit thuribuluz sacerdoti ⁊ deposita mitra dicit. Oremus. Et ministri. Flectamus genua: Leuate.

Põtifex deposita mitra dic orationem.

Adesto domine dedicationi huius mense tue: ⁊ in eam que a nobis indignis sancto linita est oleo: bene ✠ dictiõis ⁊ sancti ✠ ficationis tue virtutẽ ⁊ consecrationẽ infũde: Qui viuis ⁊ regnas deus per oia secula seculorũ. ℟. Amẽ. Alia oratio. Oremꝰ. Omnipotens sempiterne deus: altare hoc qd in honore tuo ⁊ in memoria visitationis sancti tui talis ⁊ oium sanctorum tuorũ indigni dicamus: virtute tue benedictionis sancti ✠ fica: ⁊ omnibus te hic inuocãtibus atqz in te sperantibꝰ auxilij tui munus ostẽde: ⁊ huic altari iposita munera semper accepta facere digneris: vt ⁊ in eo sacramentoꝝ virtus ⁊ votoꝝ semp obtineatur effectus. Per xpz dñz nrz. ℟. Amẽ. Deide põtifex accepta mitra icipit ⁊ scola seu ministri psequũtˀ añaz

Pontifex stans cũ mitra icipit añ Vnxit q dicta dicitˀ ps. Eructauit ⁊ ad singulos ꝟsꝰ. ℣. añ repetiˀ.

Vnxit te deꝰ deꝰ tuꝰ oleo leticie pre cõsortibus tuis. ps. Eructauit cor meũ ℣bũ bonũ: dico ego opa mea regi. Repetitˀ añ. Lingua mea calamꝰ scribe: velociter scribẽtis. Añ. repetitˀ

Speciosus forma pre filijs homi num diffusa est gratia in labijs tu is: propterea benedixit te deus in eternū. Repetitur añ. Accinge re gladio tuo sup femur tuuz po tentissime. Aña repetitur. Specie tua et pulchritudine tua: inten de ꝓspere procede et regna. Repe titur añ. Propter veritatē et mā suetudinē et iusticiā: et deducet te mirabiliter dextera tua. Añ repe titur. Sagitte tue acute: populi sub te cadent in corda inimicorū regis. Repetitur añ. Sedes tua deus in seculū seculi: virga dire ctionis virga regni tui. Añ repe tit. Dilexisti iusticiā et odisti iniq tatez: propterea vnxit te deus de us tuus oleo leticie: pre cōsortib⁹ tuis. Repetit añ. Mirrha et gut ta et cassia a vestimētis tuis a do mib⁹ eburneis: ex qb⁹ delectaue rūt te filie reguz in honore tuo. Añ repetit. Astitit regia a dex tris tuis in vestitu deaurato: cir cundata varietate. Repetitur añ. Audi filia et vide et inclina aurez tuā: et obliuiscere pplm tuū: et do mum patris tui. Añ. repetit. Et cōcupiscet rex decorē tuū: quoni am ipse est dn̄s deus tuus: et ado rabūt eū. Repetitur añ. Et filie tyri in muneribus vultū tuū de precabūtur: oēs diuites plebis. Aña repetit. Omnis gloria eius filie regis ab intus: in fimbrijs au reis circūamicta varietatib⁹. Re petit añ. Adducent regi virgi nes post eā: proxime eius afferen tur tibi. Aña repetitur. Afferē tur in letitia et exultatione: addu centur in templum regis. Repe titur aña. Pro patribus tuis na ti sunt tibi filij: cōstitues eos prin cipes super omnē terrā. Aña re petit. Memores ero nominis tui domine: in omni generatione et generationem. Repetitur añ. Propterea populi confitebun tur tibi in eternum: et in seculū se culi. Et non dicit Gloria patri. Sed aña repetitur. Interim duz aña et ps. dicuntur pontifex facit cruces de chrismate sancto cū pol lice dextre manus in medio tabu le altaris et in quatuor eius angu lis iterum et eo ordine vt pri⁹ ad quamlibet crucem dicens.

Duz ꝓdicta dicit pontifex cum mitra chrismate facit cruces i eisdez locis dicēs Scificet.

Sancti✠ficetur et ꝯsecretur lapis iste. In nomine patris et filij et spiritus sancti in honorē dei et gloriose virginis marie: ac omnium sanctorum: ad nomen et memoriam sancti talis: pax tibi. Deinde pōtifex iponit incēsuz in thuribulū et illō benedicit et accepto thuribulo a sacerdote altare incēsante cū mitra: inchoat schola seu ministris ꝓsequentibus ℟.

Pōtifex bn̄dicit icēsuz et icipit. ℟. Dirigat.



Pōtifex circuit altare ad finistraȝ ⁊ illud incē sat ⁊ fine mitra dicē orationem.

DIrigaẜ oratio mea sicut incensuȝ in cōspectu tuo dñe. ℣. Eleuatio manuū mearū sacrificium vespertinum. Quo incepto circuit iterū semel altare ad sinistrā illud incensans quo incensato restituto thuribulo sacerdoti ⁊ aña finita: deposita mitra dicit. Oremus. Et ministri. Flectam⁹ genua: Leuate.

DEscēdat q̄sumus dñe deus noster spūs tuus sup hoc altare q ⁊ dona nostra: ⁊ populū tuum in eo sanctificet: ⁊ sumētiū corda dignāter emūdet. Per christū dominum nostrū. ℟. Amē. Qua dicta pontifex accepta mitra inchoat schola seu ministris prosequē tibus añam.

Pōtifex accepta mitra inchoat añ ⁊ sequiẜ ps Deus nr̄ ⁊ post singulos eius ℣sus repetiẜ aña.

SAnctificauit dñs tabernaculū suū: ⁊ hec est domus dei: in qua inuoceẜ nomen eius: de qua scriptū est: Erit nomen meū ibi dicit domin⁹. ps.

DEus noster refugiū ⁊ virtus: adiutor in tribulationibus que inuenerunt nos nimis. Repetitur aña. Propterea non timebimus dū turbabiẜ terra: ⁊ trāsferenẜ mōtes in cor maris. Aña repetiẜ. Sonuerūt ⁊ turbate sunt aque eoꝝ: cōturbati sunt mōtes in fortitudine eius. Repetiẜ aña. Fluminis ipetus letificat ciuitatē dei: sanctificauit tabernaculuȝ suū altissimus. Añ. repetiẜ. Deus in medio eius nō cōmouebiẜ: adiuuabit eaȝ deus mane diluculo. Repetiẜ aña. Cōturbate sūt gētes ⁊ iclinate sūt regna: dedit vocē suā mota est terra. Aña repetiẜ. Dñs virtutū nobiscū: susceptor noster deus iacob. Repetiẜ aña. Venite ⁊ videte opa dñi que posuit pdigia sup terrā: auferens bella vsq̄ ad finē terre. Aña repetiẜ. Arcū conteret ⁊ confringet arma: ⁊ scuta cōburet igni. Repetiẜ aña. Vacate ⁊ videte quoniā ego sum de⁹: exaltabor in gentibus ⁊ exaltabor in terra. Aña repetiẜ. Dominus virtutū nobiscuȝ: susceptor noster deus iacob. Et nō diciẜ Gloria patri. Sed aña repetiẜ. Interim vero dū diciẜ aña ⁊ psalmus predicti pōtifex stans cum mitra fundit ⁊ spargit oleuȝ cathecuminoruȝ ⁊ chrisma super altare cōfricans liniens ⁊ perungēs totū altare manu dextra: quo facto incipit schola seu ministris prosequentibus antiphonā.

ECce odor filij mei sicut odor agri pleni: cui benedixit domin⁹. crescere te faciat deus meus: sicut arenā maris: ⁊ donet tibi de rore celi benedictionem. Psal's.

FUndamēta eius in mōtib⁹ scti̅s: diligit dñs portas syon sup omnia tabernacula iacob.

Gloriosa dicta sūt de te ciuitas dei.

Memor ero raab ⁊ babylonis: scientium me.

Ecce alienigene ⁊ tyrus ⁊ populus ethiopū: hij fuerūt illic.

Nūqd syō dicet hō ⁊ hō nat⁹ est in ea: ⁊ ipse fūdauit eā altissimus.

Dñs narrabit in scripturis pplorū: ⁊ pncipū horū q fuerūt in ea.

Sicut letantium oium: habitatio est in te. Et non dicitur. Gloria patri. Finito psalmo pōtifex stans cum mitra dicit.

Nō dicitur Gloria patri sed repetitur aā. Pontifex stans cū mitra dicit.

Lapidem hunc fratres carissimi in quo vnguentuȝ sacre vnctionis effunditur: ad suscipienda populi sui vota ⁊ sacrificia: oremus vt dn̄s consecret atq; benedicat: ⁊ quod est vnctuȝ a nobis: sit vnctuȝ in nomine eius: vt plebis vota suscipiat ⁊ altari per sacraȝ vnctionē perfecto duȝ propitiationē sacroruȝ imponimus: ipsi propiciatores dei esse mereamur. Per xp̄m dn̄m nr̄m: q cū patre ⁊ spiritu sancto viuit ⁊ regnat deus in scl'a seculorū. Quo dicto stās adhuc cū mitra: ichoat schola seu ministris prosequentibus aīam.

Pontifex stans cū mitra inchoat aā. Edificauit.

Edificauit moyses altare domino deo: offerens super illud holocausta: ⁊ immolans victimas fecit sacrificium vespertinuȝ in odorē suauitatis domino deo in cōspectu filiorū israel. Qua finita stans adhuc cū mitra dicit.

Pōtifex sine mitra dicit orōneȝ.

Dei patris omnipotentis misericordiaȝ deprecamur dilectissimi fratres: vt altare hoc sacrificijs spiritualibus imbuendum nostre vocis exoratus officio: sua bn̄dictione sanctificet: atq; in eo semper oblationes famulorum suorū: studio sue deuotionis ipositas: bn̄dicere ⁊ sanctificare digneť: ⁊ spirituali placatus incenso: precāti familie sue promptus ⁊ benignus exauditor assistat. Per xp̄m dn̄m nr̄m. Deinde stans deposita mitra bn̄dicit incensum sup altare cremanduȝ dicens. ¶ Bn̄dictio incēsi. ℣. Dn̄e exaudi orōneȝ meam. ℟. Et clamor me⁹ ad te veniat. ℣. Dn̄s vobiscū. ℟. Et cū spū tuo. Oremus.

Pontifex stās sine mitra bn̄dicit incensuȝ.

Domine deus oipotens cui assistit exercitus angelor cū tremore: quorū seruitiū spūale ⁊ igneū esse cognosciť dignare respicere bn̄ ✠ dicere ⁊ sci ✠ ficare hanc creaturā incensi: vt oēs languores: oēsq; infirmitates cūcteq; insidie inimici odorē eius sentiētes: effugiant ⁊ separēť a plasmate tuo: vt nunq̄ȝ ledať a morsu antiqui serpētis: qd̄ p̄cioso filij tui sanguine redemisti: Qui tecū viuit ⁊ regnat in vnitate spiritus sancti deus: per omnia secula seculorum. ℟. Amen. Deinde aspergit ipsum aqua benedicta. Tū accepta mitra pōtifex format ṗpria manu qnq; cruces: ex incenso benedicto: quālibet de quinq; granis super illa quiq; loca altaris: in quibus cruces de aqua oleo ⁊ chrismate prius facte fuerunt: ⁊ super quamlibet crucem thuris: ponit vnam crucē factam de subtili candela: ad mensurā illius ⁊ cuiuslibet crucis omnia capita accenduntur: vt cū ipsis thus cōburatur ⁊ cremetur. Omnibus autem crucibus accensis pōtifex deposita mitra: flexis coram altari genibus: inchoat schola seu ministris prosequentibus.

Pōtifex aspergit incēsum aq̄ benedicta.

Alleluia. ℣. Ueni sancte spiritus reple tuoꝝ corda fidelium: ⁊ tuĩ amoris in eis ignẽ accẽde. Nisi cõsecratio huiusmodi fieret inter dñicam .lxx. ⁊ festũ pasce resurrectionis dñi nostri iesu christi: q꞉ tunc obmisso Alleluia dicitur versus tantũ. Quo dicto surgit põtifex stans ante altare ⁊ statim dicuntur sequẽtes añe.

Põtifex surgẽs diċ añ. sequentes.

Ascendit fumus aromatũ in conspectu domini de manu angeli. Alia antiphona.

Stetit angelus iuxta arã tẽpli: habẽs thuribulũ aureum in manu sua: ⁊ data sũt ei incẽsa multa: ⁊ ascẽdit fumus aromatum in conspectu dei. Sine Alleluia. Quibus finitis põtifex añ altare stans sine mitra dicit. Oremus. Et ministri. Flectamus genua: Leuate.

Pontifex stans añ altare sine mitra diċ orationem.

Domine scẽ pr̃ oĩpotẽs eterne deus: clemens ⁊ ꝓpitius: ꝑces nr̃e humilitatis exaudi: ⁊ respice ad huius altaris tui holocaustũ qḋ nõ in igne visibili ꝓbetur: sed infusuȝ scĩ spiritus tui grã in odorẽ suauitatis ascẽdat: ⁊ legittime se sumẽtibus eucharistia medicabilis fiat: ad vitãqȝ ꝑficiat sempiternã. Per dñm nr̃m iesuȝ xp̃ȝ filiũ tuũ q tecũ viuit ⁊ regnat ĩ vnitate eiusdẽ spũs scĩ de⁹: ꝑ oĩa scl̃a seculorũ. ℟. Amen. Post hec cõbustis cãdelis ⁊ thure: cineres illius cõbustionis per vnũ ex ministris cuȝ spatulis ligneis abradunt: ⁊ collecti in aliquo vase ꝓijciunt in sacrario. Interiȝ põtifex deposita mitra stãs ante gradus altaris v̄sus ad altare dicit. Oremus. Et ministri. Flectam⁹ ge. Le.

Cõbustis cãdelis ⁊ icẽso p aliquẽ ministrũ cũ spatulis ligneis radantur cineres ⁊ in sacrariũ ponantur.

Pontifex stãs sine mitra diċ orationem.

Deus oĩpotens: in cui⁹ honore ac beatissime virginis marie: ⁊ omnium sanctoruȝ: ⁊ nomen ac memoriaȝ sancti tui talis indigni altare hoc cõsecramus: clemens ⁊ propitius preces nr̃e humilitatis exaudi ⁊ presta: vt in hac mensa sint libamina tibi accepta: sint grata: sint pinguia: et spũs sancti tui semꝑ rore perfusa: vt oĩ tẽpore hoc in loco supplicãtis tibi familie tue: anxietates releues: egritudines cures: ꝑces exaudias: vota suscipias desiderata cõfirmes: ac postulata concedas. Per dñȝ nr̃ȝ iesuȝ xp̃ȝ filiũ tuũ: q tecũ viuit ⁊ regnat in vnitate eiusdem spiritus sancti deus.


Deinde extensis manibus ante pectus dicit prefationem.

Pontifex stãs sine mitra extensis manib⁹ añ pectus dicit prefationẽ.

Per omnia secula seculorum. ℟. Amen. ℣. Dñs vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. ℣. Sursum corda. ℟. Habemus ad dominum.

to tuo noie cõsecrauit: in quo p
Secũ.xiii. sacerdotez Melchisedech sacri
ficij formã triũphalis expressit
Sit tibi altare hoc dñe sicut
illud sup qđ abrahã seminariũ
Secũ.xxij. fidei nr̃e Ysaac filiũ suum: dum
tibi toto corde credidit: to//
to corde imposuit: in quo salu/
taris mysterij sacramẽtũ dñice
passionis ostẽsũ est: dũ offert

filius agnus occiditur. Sit tibi
altare hoc dñe sicut illud qđ
Ysaac puteũ profunduz purita Secũ.xxvj.
tis inueniẽs: habundantie e i
nomen iponens: tue maiestati
dicauit Sit tibi domine altare
hoc sicut illud qđ Moyses exo.xxviij
susceptis mandatis in prefigu/
ratione apostolica applicauit
τ duodecim lapidum constru/



ctione firmauit. Sit tibi do-



mine altare hoc sicut illud qd




Exo. xxix. Moyses septem dierũ purifica




tione mundauit: ⁊ celesti tuo




colloquio Sancta sanctorũ vo



cauit: sicut locutus es ad moy-



sen dicens. Si qs tetigerit alta



re hoc sanctificatus habeatur.



Sit ergo in hoc altari inocẽtie



cultus: imolet supbia. Iracun



dia iuguletur. Luxuria oisqz li-



bido feriatur: offeratur ꝓ turturi



b⁹ sacrificiũ castitatis ꝓ pullis



colũbarũ innocẽtie sacramẽtũ

Quod sequitur dicit plane legen do: ita tamen ꝙ a circũastantib⁹ audiri possit. Quod seqr dic plane.

Per dñm nrm iesũ christũ filiũ tuũ. Qui tecũ viuit ⁊ regnat in vnitate spũs sancti de⁹. Per oia secula seculorũ. ℟. Amẽ.

Prefatione finita pontifex accepta mitra inungit cũ pollice dextre manus chrismate frõtẽ altaris in modũ crucis ichoãs schola seu ministris ꝓsequentibus aĩam.

Põtifex accepta mitra inungit cũ police frontem altaris in modum crucis de sacro chrisma te et ministri dicũt aĩ Cõfirma ⁊ ps. Exurgat totus.



Confirma hoc deus qd operatus es in nobis a templo sancto tuo quod est in hierusalez Alleluia. Psalmus.

Exurgat deus ꝛ dissipent̄ inimici eius: ꝛ fugiant q̄ oderunt eũ a facie eius. Dicitur totus put habet̄ supra in fine bñdictionis abbatis. Quo dicto pontifex deposita mitra dicit. Oremus.

Pōtifex sine mitra dic oꝛones. fo. lxxiij.

Maiestatē tuā dñe humiliter imploramus: vt altare hoc sacre vnctionis libamine: ad suscipienda populi tui munera imbutū: potenter bñ ✠ dicere ꝛ sancti ✠ ficare digneris: vt quod nunc a nobis indignis sub tui nominis inuocatione: in honore beatissime virginis marie ꝛ oīuz sanctorū atq̄ȝ in memoriaȝ sancti tui talis. sacro sancti chrismatis inūctione delibutuȝ est: placeat tibi: atq̄ȝ altare maneat perpetuū: vt qcquid deinceps sup illud oblatū sacratumue fuerit: dignuȝ tibi fiat holocaustū atq̄ȝ oīuȝ hic offerentiū sacrificia: a te pio dño benigne suscipiant̄: ꝛ p ea vincula peccatorū nostroꝝ absoluant̄: macule deleantur: venie impetrent̄: et gratie acquirant̄: quatenus vna cū sanctis ꝛ electis tuis vitā percipere mereamur eternā. Per xp̄m dñm nr̄m. ℟. Amen. Subsequenter pōtifex accepta mitra inungit cū chrismate in modū crucis coniunctiones mense seu tabule: ꝛ tituli siue stipitis altaris in quatuor angulis quasi illa coniungens ad singulas cruces dicēs. In nomine patris ꝛ filij ꝛ spūs sci. Deinde deposita mitra dic. Orem⁹.

Pōtifex deposita mitra dic oꝛōnem.

Supplices te depcamur omnipotens eterne deus p vnigenituȝ filiuȝ tuuȝ dominuȝ nostrum iesum christuȝ: vt altare hoc sanctis vsibus preparatuȝ: celesti benedictione sancti ✠ fices: ꝛ sicut melchisedech sacerdotis precipui oblationeȝ dignatione mirabili suscepisti: ita imposita huic nouo altari munera: semp accepta ferre digneris vt populus qui in hanc ecclie domuȝ sanctaȝ conueniet: p hec libamina celesti sanctificatione saluatus: animaruȝ quoq̄ȝ suaruȝ saluteȝ perpetuam consequatur. Per eundē christuȝ dñm nostruȝ. ℟. Amē. Postea subdiaconi abstergunt diligenter cū mantilibus tele grosse mēsaȝ altaris: ꝛ pōtifex sedens in sede sua iuxta altare fricat bñ manus cū medulla panis: ac lauat ꝛ extergit: dein de ipsis diaconibus seu acolytis presentātibus pontifici tobaleas nouas ꝛ mūdas: vasa quoq̄ȝ ꝛ ornamenta quecūq̄ȝ ad cultū dei ꝛ altaris cōsecrati ptinentia. Pōtifex deposita mitra surgit: ꝛ stans benedicit illa dicens. Benedictio tobalearum vasorum ꝛ ornamentorum altaris. ℣.

Gen. xiiij.

Ministri extergūt altare ꝛ pōtifex sedēs cū mitra lauat manus.

Pōtifex bñdicit tobaleas ꝛ alia ornamēta altaris stans.



Adiutoriũ nr̃m in noie dñi. ℟. Qui fecit celũ ꝛ terrã. ℣. Dñs vobiscũ. ℟. Et cũ spũ tuo. Oremus.

Domine deus oipotẽs: q ab initio vtilia ꝛ necessaria hominibus creasti: vestimenta quoqꝫ pontificalia ꝛ sacerdotalia seu leuitica sacerdotibus ꝛ leuitis ac

Gen. xxviij ornamenta ꝛ lintheamina: facere famulũ tuuꝫ moysen per. xl. dies docuisti: ac etiaꝫ que maria texuit ꝛ fecit in vsuꝫ ministerij tabernaculi federis ordinasti: sancti ✠ ficare bene ✠ dicere ꝛ conse ✠ crare digneris hec ornamenta ꝛ lintheamina in vsum altaris tui ad cõficiendũ sup ipsis corpus ꝛ sanguinẽ filij tui dñi nr̃i iesu xp̃i: q tecũ viuit ꝛ regnat in vnitate spiritus sancti deus per oia secula seculorũ. ℟. Amen. Deide aspergit illa aqua bñdicta. Tũ ministri ponunt super altare chrismale siue pannũ lineuꝫ ceratũ ad mensurã altaris factũ: deinde vestiunt altare tobalcis ꝛ ornamentis benedictis ponentes desuper crucẽ ꝛ alia ornamenta. Interim dicunt sequentia responsoria añe ꝛ psal.

Ministri vestiũt altare ꝛ ornant ꝛ ponũt crucẽ sup illud ꝛ iterũ cãcatur sequẽtia

Circundate syon leuite altare dñi dei: vestite vestimentis albis: estote ꝛ vos canentes hymnũ nouũ dicẽtes all'a. ℣. Mirabilis deus in sanctis suis: ꝛ sanctus in omnib⁹ operibus suis. ℣. Glia p̃ri. Alia antiphona.

Circundate syon ꝛ cõplectimini eã: narrate in turribus eius. ℣. Magnus dñs ꝛ laudabilis nimis: in ciuitate dei nr̃i in monte sancto eius. Responsorium.

Induit te dñs tunica iocunditatis ꝛ iposuit tibi coronaꝫ. Et ornauit te ornamentis sanctis. ℣. Luce splendida fulgebis: ꝛ oẽs fines terre adorabũt corã te. Et ornauit te. ℣. Nationes ex longinquo ad te veniẽt ꝛ munera deferentes: adorabũt dñm: ꝛ terrã tuam in sanctificatione habebũt: ꝛ nomen magnũ tuũ inuocabunt. Et ornauit te. ℣. Benedicti erũt qui te edificauerunt: tu autẽ letaberis in filijs tuis: qm̃ oẽs bñdicentur ꝛ cõgregabũtur ad dominũ. Et ornauit. Antiphona.

Et in velamento alaruꝫ tuaruꝫ protege nos domine ꝛ in laude tua gloriemur. Psalm⁹.

Deus deus meus: ad te de luce vigilo.

Sitiuit in te anima mea: q̃ꝫ multipliciter tibi caro mea.

In terra deserta: iuia: ꝛ inaquosa sic in sancto apparui tibi: vt viderẽ virtutẽ tuã ꝛ gloriã tuam.

Quoniam melior est misericordia tua super vitas: labia mea laudabunt te.

Sic benedicam te in vita mea: ꝛ in nomine tuo leuabo manus meas.

Sicut adipe ꝛ pinguedine repleatur aia mea: ꝛ labijs exultationis laudabit os meum.

Sic memor fui tui super stratuꝫ meũ in matutinis meditabor in te: quia fuisti adiutor meus.

Et in velamento alarũ tuarum exultabo: adhesit aĩa mea post te me suscepit dextera tua.

Ipsi vero in vanũ q̃sierunt animam meam: introibũt in inferiora terre: tradẽtur in manus gladij: partes vulpium erunt.

Rex vero letabitur in deo: laudabũt oẽs qui iurãt in eo: qa obstructũ est os loquẽtium iniqua.

Gloria patri. Sicut erat. His dictis põtifex deposita mitra: ⁊ facta cruci sup altari posite reuerẽtia: tertio successiue incẽsat sup altare in modũ crucis dicendo ad quãlibet thurificationem añam.

His dictis põtifex sine mitra facta reuerentia cruci sup altare posite ter icẽsat ipsũ ad quãlibet incẽsatione repetẽs añ. Dis terra.

Omnis terra adoret te deus: ⁊ psallat tibi: psalmũ dicat noĩ tuo dñe. Quo facto deposita mitra dicit. Oremus.

Descẽdat q̃sumus dñe deus noster spũs tuus sanctus sup hoc altare: qui ⁊ populi tui dona sanctificet: ⁊ sumentiũ corda purificet. Per christũ dñm nostrũ. ℟. Amẽ. Alia oratio. Orem⁹.

Omnipotẽs sempiterne de⁹ altare hoc nomini tuo dedicatũ: celestiũ virtutũ bene✠dictione sanctifica: ⁊ oĩbus in te sperãtib⁹: auxilij tui munus ostẽde: vt hic ⁊ sacramẽtorũ virtus: ⁊ votorũ obtineatur effect⁹. Per dñũ nr̃ũ ⁊c. ℟. Amẽ. ℣. Dominus vobiscũ. ℟. Et cũ spiritu tuo. ℣. Benedicam⁹ dño. ℟. Deo gratias. Quibus expeditis põtifex ingreditur sacrariũ: ⁊ parat se ad celebrãdũ missã si voluerit: vel facit per aliquẽ sacerdotẽ in dicto altari cõsecrato solẽniter celebrari. Introi.

Põtifex sacrariũ ingreditur.

Dicit do minus sermones me i quos dedi in os tuum non deficient de ore tuo. adest enim nomen tu um ⁊ munera tua accepta erunt super altari me o. ℣. Beatus vir qui timet dominum in mandatis eius cupit nimis ℣. Gloria. E v o v a e. Oro.

Exaudi dñe preces nostras ⁊ ad

sanctificandũ nomini tuo hoc altare benignus adesto: vt sacramẽtorũ hic virtus ⁊ votorũ omniũ obtineat̃ effect⁹. Alia orõ dr̃ pro cõmemoratiõe sc̃ti vel sanctorũ: ĩ cui⁹ seu quoꝝ honore altare cõsecratũ est: aut quorũ reliqe ibidẽ sunt recõdite: vna cũ pcedẽte sub vno p dñz.

Ista añ dicitur sub vno p dñm cũ pcedenti.

Magnificet te dñe sc̃ti tui talis btã solẽnitas: q ⁊ illi gliã sẽpiternã ⁊ opẽ nobis ieffabili puidẽtia cõtulisti. Per dñz. Lc̃o esaye pphete. xix.

Hec dicit dñs deus in die illa deferetur munus dño exercituũ: ⁊ rex fortis dominabit̃ eorũ: in die illa erit altare dñi in medio terre: ⁊ cognoscetur dñs: ⁊ colent eũ in hostijs ⁊ muneribus: ⁊ vota vouebunt dño: ⁊ soluent: ⁊ reuertent̃ ad dñm: ⁊ placabit̃ eis: ⁊ sanabit eos. In die illa erit israel bñdictio in medio terre: cui bñdixit dñs deus exercituũ dicens: Bñdictus pplus me⁹ ⁊ opus manuũ meaꝝ ⁊ hereditas mea israel dicit dñs oĩpotens. Graduale.

Tollite hostias ⁊ introi te in a tria ei us adora te dominuz in aula sancta eius. ℣. Reuelabit dominus cõdensa: et in tẽplo e ius omnes di cent gloriam. Alle luia. ℣. Redẽptionem misit do minus populo su o mandauit in eter num testamentum su um. Euãgeliũ s̃z mat. Ca. v.

In illo tpe: dixit iesus discipulis suis. Amẽ dico vobis. Nisi abũdauerit iusticia vr̃a plusq̃ʒ scribarũ ⁊ phariseorũ non intrabitis

in regnū celoꝝ. Audistis q̄ dictū est antiqs. Nō occides qui aūt occiderit: reus erit iudicio. Ego aūt dico vobis: q̄ ois qui irascit fratri suo: reus erit iudicio. Qui autē dixerit fratri suo racha: reus erit ꝯcilio. Qui aūt dixerit fatue: reus erit gehēne ignis. Si ergo offers munus tuū ad altare: ꝛ ibi recordatus fueris: quia frater tuus habet aliqd aduersuꝫ te: relinque ibi munus tuuꝫ ante altare: ꝛ vade prius recōciliari fratri tuo: ꝛ tunc veniēs offeres munus tuū. Et dicitur Credo. Offertorium.

Sanctificauit moyses altare domino offerens super illud holocausta: ꝛ immolās victimas fecit sacrificiū vespertinū in odorē suauitatis domino deo in cōspectu filiorum israel.

Omnipotēs sempiterne deus: altare hoc nomini tuo dedicatū celestiū virtutū bñdictione sanctifica: ꝛ oibus in te sperantibus auxilij tui mun⁹ ostēde: vt hic ꝛ sacramētoꝝ virtus: ꝛ votorū obtineat effectus. Secr. Alia secreta pro sancto: que dicit cū pcedente sub vno. Per dominuꝫ.

In tuoꝝ dñe preciosa morte iustoꝝ sacrificiū illud offerimus: a quo martyrū sumpsit omne principiū. Per dominū nr̄ꝫ iesum xp̄m filiū tuuꝫ ꝛc. Cōmunio. Ista secreta dicit cū pcedenti sub vno p dñm.

Tollite hostias et introite in atria eius. adorate dominū in aula sancta eius.

Descēdat q̄sum⁹ Postcōio. dñe deus noster spūs tuus sanctus sup hoc altare: q ꝛ populi tui dona sanctificet: ꝛ sumentiū corda purificet. Dicitur ꝛ sequēs postcōmunio pro sancto cuꝫ pcedēte sub vno. Per dominū

Sit nobis dñe sacramēti tui certa saluatio: que beati tui talis meritis iplorator. Per dñm ꝛc. Ista post comunio dicitur cū precedēti sb vno per dñm.


Finita missa pōtifex dat benedictionē solēnē ꝛ idulgētias. Exuit se sacris vestibus: ꝛ vadit in pace.

¶ De cõsecratione altaris cuius sepulchrum reliquiaruꝫ est in medio sũmitatꝫ stipitis.



Ita q ordo pdict⁹ cõsecrandi altare semper seruat quãdo sepulchrũ reliquiarũ est in medio tabule altaris a parte superiori: vel in stipite a parte anteriori: aut posteriori. Si vero sepulchrũ est in medio summitatis stipitis: supra autẽ sit ponẽda ipsa tabula siue mensa altaris. Finita aque benedictione: cũ vino: ꝛ cinere: ac oratione. Omnipotens sempiterne deus: creator ꝛ conseruator humani generis ꝛc. (s.fo.c.xiij.) Põtifex stans cũ mitra: ex aqua bñdicta huiusmodi vino ꝛ cinere mixta: facit maltaꝫ siue cementũ ex calce ꝛ sabulo seu tegula trita ad hoc paratis: quod deinde deposita mitra benedicit dicens. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Domine deus q summa ꝛ media imaqꝫ custodis: qui omnẽ creaturã intrinsecus ambiendo cõcludis: sancti ✠ fica ꝛ bene ✠ dic has creaturas calcis ꝛ sabuli. Per christũ dñm nostrum. ℟. Amen. Quo facto tabula ipsa altaris a stipite separata iacente: debet fieri reliquiarũ deportatio ꝛ inclusio. Põtifice processionaliter accedente ad locũ vbi reliqe sunt deposite: in quo põtifex stãs ab extra sine mitra dicit. Orem⁹. Et ministri. Flectam⁹ genua: Leuate. Aufer a nobis ꝛc. Continuãs per oĩa vsqꝫ ad orationem. (fo.xxvi.) Deigatur oratio nostra quesumus domine ꝛc. Inclusiue prout supra ordinatũ est. Qua dicta sacerdotes ꝛ leuite eleuant aram siue tabulam seu mensam altaris: ꝛ (fol.xxvi.) collocãt eã sup stipitẽ ꝛ cemẽtarij cũ dicto cemẽto benedicto ipsã liniũt ꝛ firmãt: schola iterim cãtãte seu ministris dicentibus ℟. ium.



Vos sacerdotes ꝛ leui-



te sãctifi cami ni. Et afferte arã



domi ni dei isra el



ad locũ qe ipa ratus est. ℣.




Vos sancti domini vocabi-



mini ministri dei nostri dicet vo



bis sit timor de i vobiscum ꝛ



Leuata itaqz ara ꝛ collocata ac cum cemēto predicto bene firmata. Pōtifex ꝓsequitur altaris consecrationē: accedens ad altare cū mitra: ꝛ stans ante illud deposita mitra incipit schola seu ministris
ā.fo.cxxxvi
prosequentibus aīam. Introibo ad altare dei. cū oibus sequētibus vsqz ad orōnē. Deus qui es visibiliū: rerū oium ꝛc. inclusiue. Qua dicta pōtifex accepta mitra extergit mensaz altaris cū lintheo mundo: ꝛ mox thurificat super illā in modū crucis in medio: ꝛ in quatuor eius angulis inchoans schola seu ministris ꝓsequētibus versiculū.
ā.fo.c. xxxviij.
Dirigat oratio mea ꝛc. Et oīa alia deinde fiūt prout supra ordinata sunt vsqz ad finē.

¶ De altaris portatilis consecratione: que potest fieri quocunqz die ꝛ loco: tñ ieiuno stomacho.

Que parā/da sūt ad cō/secrationez altaris portatilis.


Ad cōsecrādū tabulā siue altare portatile paranť in loco vbi cōsecratio huiusmodi fieri debet. In primis alique reliquie cū tribus granis incēsi: in altari reludēde. sanctū chrisma. oleū sanctū cathecuminorū. vtrūqz in vasculo ꝛ ampulla. Media libra thuris cuius media pars sit in granis. Thuribulū cū nauicella ꝛ cocleari. Uas cū prunis ardentibus. Unū vas aque munde. Uas cū cineribus. Uas cum sale. Uas cū vino aspersoriū de herba isopi factū. Mātilia de tela grossa noua: ad extergendū altare cōsecrādū quotiens oportuerit. Quinqz parue cruces facte de subtilibus candelis. Aliquot spatule lignee parue ad abradendū de altari cōbustiones ꝛ cineres thuris ꝛ cādelarū. Uas ad ponēdū huiusmodi cōbustiones seu rasuras. Duo candelabra cū duobus cereis cōtinuo ardentibus ꝓpe reliquias. Uas cū aq̄ ꝛ bacile ad abluendū manus pōtificis cū expedierit ꝛ manutergia ad tergendū eas. Pōtifex igitur paratus amictu: alba: cingulo: stola pluuiali: ꝛ mitra: si consecrationē huiusmodi publice facere velit: vel si i camera sua aut alio loco secrete. Stolā habeat sup rochetū ab humeris dependentē ꝛ mitrā simplicē. stans ante tabulā ipsam siue altare cōsecrādū: positū sup aliquā mēsaz vel altare: mitrā in capite tenēs absolute dicit. Eps debet habere stolas sup rochetū ꝛ pluuiale ꝛ mitrā i hoc officio.

Deum patrem omnipotētem fratres carissimi: votis exultantibus deprecemur: vt qui per omnez mundum fidem sparsit: ꝛ ecclesiam congregauit: qui est lapis excisus de monte sine manibus: qui angularem compagē solidauit: hanc petram serenus illu

stret: eamq3 eterno lumine irrigataz: ita multiplicibus: τ diuersis charismatib⁹ locupletet: vt sup illaz administrādā sui corporis hostiaz bn̄dicat: τ suscipiat consecrataz: q viuit τ regnat in vnitate spiritus sancti deus: p oia secula seculorū. Deinde detecto capite genuflexus ante altare cōsecrandū dicit. Deus in adiutoriū meū intende. Tuz surgit τ ministri rn̄dent. Dn̄e ad adiuuanduz me festina. Deinde stans detecto capite pōtifex dicit. Gloria pr̄i τ filio τ spiritui sancto. Ministri rn̄dēt. Sicut erat in principio τ nūc τ semp τ in secula sc̄lorum. Amen. absq3 Alleluia. τ hoc fit sc̄do τ tertio eisdez modo τ loco: voce semper altius eleuata. quo facto pōtifex accepta mitra stans bn̄dicit aquā cū vino sale τ cinere: dicēs p oia: τ faciēs prout habet̄ supra sub ecclesie dedicatione vsq3 ad orōnē.

Pōtifex detecto capite genuflexus corā altari portanli dicit te De⁹ in adiutoriuz cū Glia patri ministris ei rn̄dētib⁹.

R. fo. cxiij.



Pōtifex sine mitra stās dic orōnem.

Omnipotēs sempiterne de⁹ creator τ cōseruator humani generis τc. Inclusiue. hoc saluo q vbicunq3 fit mentio de ecclesie dedicatione, dicit solū de altaris vel tabule cōsecratione vel dedicatione. Aqua igitur benedicta pōtifex assūpta mitra: ex aqua ipsa facit cū pollice dextre manus crucē in medio tabule vel altaris dicēs.

Pontifex stās cū mitra facit quinq3 cruces cū police de aq̄ p̄dicta dicēs Sanctificetur τc.

Sancti ✠ ficet̄ τ cōsecret̄ hec tabula. In noīe patris τ filij τ spiritus sācti: pax tibi. Deinde facit ex eadē aqua cuz eodē pollice quatuor cruces in quatuor cornibus altaris videlicet p̄maz in dextra parte posteriori ipsius lapidis. Secundā in sinistra parte anteriori prime transuersa. Tertiā in dextra anterori: τ quartaz in sinistra posteriori tertie trāsuersa ad quālibet crucē repetens verba predicta. Sanctificet̄ τc. Quo facto inchoat ministris prosequentibus an̄am.

Pōtifex tribus vicib⁹ aspergit altare cuz fasciculo ysopi dicētib⁹ ministris an̄a Asperges τ ps Miserere sine Gloria τ an̄ repetit̄ p̄mo ps.



Asperges me dn̄e isopo τ mūdabor: lauabis me: τ super niuem dealbabor. Psal's. Miserere mei deus: s̄m magnā misericordiā tuā. Totus dicitur sine. Gl'ia pr̄i. Et in fine repetitur ipsa an̄ τ interim dū dicunt̄ an̄ τ ps p̄dicti pōtifex cū mitra aspergit cū aspersorio de herba isopi facto de ipsa aq̄ tabulā p ei⁹ circuitū trib⁹ vicibus: quo facto ta-

bula abstergit cuz mūdo panno lineo: deinde pōtifex deposita mitra dicit. ℣. Dñe exaudi orōnem meā. ℟. Et clamor me⁹ ad te veniat. ℣. Dñs vobiscū. ℟. Et cuz spiritu tuo. Oremus.

Pōtifex sine mitra dicit orationē.

Deus q es visibiliuz oiuz rex ⁊ inuisibiliū cōditor: ⁊ cūctarū scificationū consecrator: ad dedicationē huius dñice mēse: adesse dignare: ⁊ q̄ sacrato oleo ⁊ chrisma te a nobis indignis est linienda: ⁊ bñdicēda: tue sctificationis in eā īfunde virtutē: ⁊ cōsecrationē: vt oēs q eā ad eā deprecaturi accesserit tue ꝑpitiatiōis auxiliū sentiāt. Per xp̄z dñz nr̄z. ℟. Amē. Tū īchoat: mīstris ꝓsequētib⁹ aña z.

Pōtifex incipit ℟ Dirigatur quo īcepto accepta mitra thurificat altare ter circūcirca.

Dirigatur dñe orō mea sicut incensum in conspectu tuo. Qua incepta pōtifex accepta mitra thurificat tertio tabulā p circuitū eius. Finita incēsatione pōtifex cū mitra inchoat ministris ꝓsequentibus antiphonam.

Pōtifex inchoat aña. Erexit ⁊ ea dicta dicit. ps Q̄ dilecta.

Erexit iacob lapidē in titulū fundens oleū desup. Psalm⁹.

Quam dilecta tabernacula tua domine virtutum: concupiscit ⁊ deficit anima mea in atria domini.

Cor meum ⁊ caro mea: exultauerunt in deum viuum.

Et enim passer inuenit sibi domum: ⁊ turtur nidū vbi reponat pullos suos.

Altaria tua domine virtutum: rex meus ⁊ deus meus.

Beati qui habitāt in domo tua domine: in secula seculorum laudabunt te.

Beatus vir cuius est auxiliū abs te: ascensiones in corde suo disposuit in valle lachrymarum: in loco quem posuit.

Etenim benedictionez dabit legislator ibunt de virtute in virtutē: videbit deus deorū in syō.

Domine deus virtutum exaudi orationem meam: auribus percipe deus iacob.

Protector noster aspice deus ⁊ respice in faciem christi tui.

Quia melior est dies vna ī atrijs tuis: super milia.

Elegi abiectus esse in domo dei mei: magis q̄ habitare in tabernaculis peccatorum.

Quia misericordiam ⁊ veritatē diligit deus: gratiam ⁊ gloriā dabit dominus.

Nō priuabit bonis eos qui ambulāt in inocentia: dominus virtutū beatus homo q sperat in te.

Et nō dicit Gloria patri. Dum p̄missa dicunt pōtifex stans cum mitra facit cū pollice dextro de oleo sancto cathecuminorū quinq3 cruces: videlicet primā in medio tabule seu altaris: ⁊ alias in quatuor eius angulis eo ordine put fecit de aqua bñdicta: dicens duz vnamquamq3 crucem facit.

Gloria nō dicit post ps sed aña repetit.

Sancti ✠ ficetur ⁊ consecret hec tabula. In noie patris ⁊ filij ⁊ spiritus scti: pax tibi. Quo facto pontifex inchoat ministris prosequentibus antiphonam.

Pōtifex inchoat aña. Dirigatur.

Pontifex thurificat p circuitū semel altare: deposita mitra dicit orationem.

Dirigatur dñe oratio mea sicut incēsuȝ in cōspectu tuo. Et dicȝ añ. dicitur pontifex thurificat semel tabulā per circuitū: deinde deposita mitra dicit. Oremus. Et ministri. Flectam⁹ ge. Leua.

Adsit dñe misericordie tue ineffabilis pietas ꝛ sup hanc tabulā opē tue bñ ✠ dictionis: ꝛ virtutē vnctionis infunde: vt te largiente referat premiū: q̄squis intulerit votū. Per xp̄m dñȝ nostrū. ℞. Añ. Oratione finita pōtifex ichoat ministris ꝓsequētibus añaȝ.

Pōtifex inchoat añ. q̄ dicta dicit ps bonū ē.

Mane surgens iacob erigebat lapidē in titulū: fundēs oleum desup votuȝ vouit dño: vere locus iste scūs est ꝛ ego nesciebā.

Bonum est cōfiteri dño: ps. ꝛ psallere noi tuo altissime.

Ad annunciandum mane misericordiam tuam: ꝛ veritatem tuam per noctem.

In dechacordo psalterio: cū cātico in cythara.

Quia delectasti me dñe in factura tua: ꝛ in operibus manuū tuarum exultabo.

Quā magnificata sūt opera tua domine: nimis profūde facte sūt cogitationes tue.

Vir insipiens non cognoscet: ꝛ stultus non intelliget hec.

Cum exorti fuerint peccatores sicut fenuȝ: ꝛ apparuerint omnes qui operantur iniquitatem.

Vt intereant in seculum seculi: tu autem altissimus in eternum domine.

Quoniam ecce inimici tui domine quoniam ecce inimici tui peribunt: ꝛ dispergentur omnes qui operantur iniquitatem.

Et exaltabitur sicut vnicornis cornu meum: ꝛ senect⁹ mea in misericordia vberi.

Et despexit oculus meus inimicos meos: ꝛ isurgētib⁹ in me malignantibus audiet auris mea.

Iustus vt palma florebit: sicut cedrus libani multiplicabitur.

Plantati in domo dñi: in atrijs domus dei nostri florebunt.

Adhuc multiplicabunt in senecta vberi: ꝛ bene patientes erunt vt annuncient.

Quoniā rectus dñs de⁹ noster: ꝛ nō est iniquitas in eo. Et nō dicitur Gloria pr̄i. Incepta añ. pōtifex accepta mitra: facit in qnqȝ locis tabule: in qb⁹ prius cruces fecerat: iteruȝ cum pollice dextro de eodeȝ oleo sancto cathecuminorum quinqȝ cruces: dicens dū singulas cruces facit.

Incepta añ pōtifex stās cū mitra facit iterū qnqȝ cruces d eodeȝ oleo i eisdeȝ locis dicens ad quamlibet Sctificet.



Sancti ✠ ficetur ꝛ consecretur hec tabula. In noie patris ꝛ filij ꝛ spiritus sancti: pax tibi. Deinde pōtifex inchoat schola seu ministris ꝓsequētib⁹ añaȝ.

Pōtifex inchoat añā.

Dirigat̃ domine oratio mea sicut incensum in conspectu tuo. Interim dum aña huiusmodi dicit̃. Pontifex retenta mitra thurificat iterũ semel tabulã per circuitũ. quo facto: deposita mitra dicit. Oremus. Et ministri.

Pōtifex iterum semel thurificat tabulã i circuitu ꝛ deposita mitra dic̃ orōnem.

Flectamus genua: Leuate.

Adesto dñe dedicationi huius mense tue: ꝛ in eã que a nobis idignis sancto linita est oleo: bene ✠ dictionis ꝛ sancti ✠ ficationis tue virtutem ꝛ consecrationẽ infunde: Qui viuis ꝛ regnas deus per oia scl'a seculoꝝ. ℟ Amen.

Deinde pōtifex inchoat ꝛ schola seu ministri prosequuntur añaȝ.

Pōtifex inchoat añ q̃ dicta dic̃ ps Deus nr̃.

Unxit te deus deus tuus oleo leticie p̃ ꝯsortib⁹ tuis. ps.

Deus noster refugiuȝ ꝛ virtus: adiutor in tribulationibus q̃ inuenerunt nos nimis.

Propterea non timebimus dũ turbabitur terra: ꝛ transferentur montes in cor maris.

Sonuerũt ꝛ turbate sunt aque eorum: conturbati sunt montes in fortitudine eius.

Fluminis impetus letificat ciuitatem dei: sanctificauit tabernaculum suum altissimus.

Deus in medio eius non cõmouebitur: adiuuabit eam deus mane diluculo.

Conturbate sunt gentes ꝛ inclinata sunt regna: dedit vocem suam mota est terra.

Dominus virtutum nobiscum: susceptor noster deus iacob.

Uenite ꝛ videte opa domini que posuit prodigia sup terram: auferens bella vsqȝ ad finem terre.

Arcum conteret ꝛ cõfringet arma: ꝛ scuta comburet igni.

Uacate ꝛ videte qm̃ ego sum deus: exaltabor in gentibus ꝛ exaltabor in terra.

Dñs virtutum nobiscum: susceptor nr̃ deus iacob. Et non dicit Glia pr̃i. Incepta aña pōtifex accepta mitra facit qnqȝ cruces de sancto chrismate cum pollice p̃dicto in eisdem locis tabule in quibus prius fecit de aqua ꝛ oleo sancto: dicẽs dũ singulas cruces facit

Incepta añ pōtifex stãs cũ mitra fac̃ qnqȝ cruces de sacro chrismate i eisdẽ locis dicens ad quamlibet Sanctificet.

Sancti ✠ ficetur ꝛ consecret̃ hec tabula. In nomine patris ꝛ filij ꝛ spiritus sancti: pax tibi.

Quo facto pōtifex ichoat ꝛ schola seu ministri ꝓsequunt̃ añam.

Pōtifex inchoat aña. Dirigat̃ q̃ duȝ dicitur thurificat tabulã p circuitũ semel Pontifex stãs sine mitra dic̃ orationem.

Dirigat̃ dñe orõ mea sicut incensuȝ in ꝯspectu tuo. Que dũ dicit̃ pōtifex retẽta mitra iterũ semel thurificat tabulam per circuituȝ: deinde deposita mitra dicit. Oremus. Et ministri. Flectamus genua: Leuate.

Exaudi nos deus noster ꝛ p̃cum nostrarũ libenter accipe vota: ꝛ altare hoc ad celebranda diuina mysteria preparatũ: celestis vnguẽti odore asperge: ꝛ aromata diuine sanctificationis illi infũde: ꝛ sicut lapidem iacob patriarche erectuȝ vnguenti perfusione *Gen. xxviij.* dicasti ꝛ angelicis visionibus per scalã gradus ecclesie figurasti. sic super hunc lapidẽ altari coaptã-

dum celestis gratiā bñ ✠ dictio
nis imitte: vt dum tibi sup euz sa
cri corꝑis ⁊ sanguinis vnigeniti
tui mysteria consecranť: petenti/
bus peccata dimittanť: ⁊ meréti
bus influas gratiā sempiternaz.
Per christū dominū nostruz. ℟.
Amē. Oratione dicta pōtifex ac
cepta mitra signat cū pollice dex
tre manus de chrismate cōfessio
nem idest sepulchruz in quo reli/
quie sunt reponēde in medio for
mādo signum crucis dicēs.

Pontifex stans cū mitra signat locum vbi sunt ponende relique cū sacro chrismate faciēs signuz crucis ⁊ dicēs Consecreť.

Consē✠cretur ⁊ sanctifice/
tur hoc sepulchrū. In nomine pa
tris ⁊ filij ⁊ spiritus scti: pax huic
domui. Deinde deposita mitra i/
ponit reliquias cū tribus granis
thuris in tabula siue altari: ⁊ se/
pulchruz reliquiaruz huiusmodi
claudit: quo facto adhuc stans si
ne mitra dicit. Oremus.

Pontifex stās sine mitra ponit reliquias cuz tribus granis incensi i tabula et claudit ⁊ dicit orationē

Deus qui ex oī cooptatione
sanctorū eternū maiestati tue cō/
dis habitaculuz: da edificationi
tue increméta celestia: ⁊ presta vt
quorū hic reliquias ꝓ tuo amore
cōplectimur: eorū semper meritis
adiuuemur. Per xp̄m dñm nr̄m.
℟. Amē. Tū inchoat pōtifex scho
la seu ministris ꝓsequētibus aña.

Pōtifex inchoat aña. sequtur ps.

Ecce odor filij mei: sicut o/
dor agri pleni: cui benedi/
xit dominus: crescere te faciat de
us meus: sicut arenā maris: ⁊ do
net tibi de rore celi bñdictionez.
Fundamēta eius in mō/ ps.
tibus sanctis: diligit domi/
nus portas syon super omnia ta/
bernacula iacob.
Gloriosa dicta sūt de te: ciuitas dei.
Memor ero raab ⁊ babylonis:
scientium me.
Ecce alienigene ⁊ tyrus ⁊ popu
lus ethyopū: hij fuerūt illic.
Nunquid syō dicet homo ⁊ ho/
mo natus est in ea: ⁊ ipse fūdauit
eam altissimus.
Dñs narrabit in scripturis po/
pulorum: ⁊ principum horuz qui
fuerunt in ea.
Sicut letātiū: oīuz habitatio est
in te. Et nō dicit Gloria pr̄i. Dum
aña ⁊ ps. ꝑdicti dicunť: pōtifex ac
cepta mitra fūdit ⁊ spargit oleuz
cathecuminorū: ⁊ sanctū chrisma
vndiqz ꝯfricās: liniēs ⁊ pungēs
manu sua dextera totū lapidem.
Quo facto ⁊ psalmo ꝑdicto fini
to pōtifex stans cū mitra dicit.

Pontifex spargit oleuz cathecuminorū cuz chrismate sup totā tabulā ⁊ manu dextera totū lapidē vngit dū ꝑdicta dicūť.

Lapidem hūc fratres carissi/
mi: in quo vnguētū sacre vn
ctionis effūdiť: ad suscipiēda po/
puli sui vota ⁊ sacrificia oremus:
vt dñs consecret atqz bñdicat: ⁊
qd est vnctū a nobis: sit vnctū in
noie eiꝰ: vt plebis vota suscipiat:
⁊ altari ꝑ sacrā vnctionez ꝑfecto:
dū ꝓpitiationē sacrorū iponimꝰ:
ipsi propitiatores dei esse merea/
mur. Per xp̄z dñz nr̄m: q cū eo ⁊
spū scō viuit ⁊ regnat deus in scl'a
sclorum. Deinde inchoat schola
seu ministris proseqūetibꝰ añaz.

Pōtifex incipit añ. Edificauit.

Edificauit moyses altare do/
mino deo: offerens super il/
lud holocausta: ⁊ imolans victi/
mas: fecit sacrificiū vespertinum

in odorē suauitatis dño deo: i cōspectu filiorū isrl. Qua finita stās adhuc cum mitra pontifex dicit.

Pōtifex cū mitra dicit.

Dei patri oipotentis misericordiā deprecemur dilectissimi fratres: vt altare hoc sacrificijs spūalib⁹ ibuendū nr̄e vocis exoratus officio: sua bn̄dictione sāctificet: atq; in eo semper oblationes famulorū suorū: studio sue deuotionis ipositas benedicere ⁊ sanctificare digneī: ⁊ spūali placatus incenso: p̄canti familie sue prōptus ⁊ benign⁹ exauditor assistat. Per xp̄z dn̄z nostrū. Deinde benedicit incensum super altare cremādū stans deposita mitra dicit. ℣. Dn̄e exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cuz spiritu tuo. Oremus.

Pōtifex sine mitra bn̄dicit icēsuz.

Domine deus oipotens: cui astat exercitus angelorū cū tremore: quorū seruitiuz spūale ⁊ igneū esse cognosciī dignare respicere bene ✠ dicere ⁊ sancti ✠ ficare hanc creaturā incēsi: vt oēs languores oēsq; ifirmitates: cuncteq; insidie inimici odorez eius sentiētes effugiant: ⁊ separenī a plasmate tuo: vt nunq̄ ledatur a morsu antiq serpentis: qd̄ p̄cioso filij tui sāguine redemisti. Qui tecū viuit ⁊ regnat in vnitate spiritussancti de⁹: p oia scl'a scl'orū. ℟. Amen. Deinde asp̄git ipsum cuz aqua bn̄dicta. Incenso itaq; benedicto accepta mitra pōtifex format propria manu quinq; cruces ex eo: quālibet de quinq; granis sup illa qnq; loca altaris: in quibus cruces de aqua: oleo ⁊ chrismate prius facte fuerunt. ⁊ super quālibet crucē thuris ponit vnā crucem factam de subtili candela ad mēsurā illius: ⁊ cuiuslibet crucis oia capita accenduntur: vt cū ipsis thus cōburatur ⁊ cremetur. Oibus autem crucibus accensis: pontifex deposita mitra flexis coram altari genibus ichoat ⁊ schola seu ministri prosequuntur.

Alleluia. ℣. Ueni sancte spiritus reple tuorū corda fidelium ⁊ tui amoris in eis ignē accende. Nisi cōsecratio huiusmodi fiat inter dn̄icā. lxx. ⁊ festū pasce resurrectiōis dn̄i nr̄i iesu christi qr tūc obmisso All'a diciī versus tātum. Quo dicto surgit pontifex stās detecto capite an̄ altare: ⁊ statim dicunī sequētes an̄e.

Pōtifex surgit ⁊ stās sine mitra dicit an̄. sequētes.

Ascēdit fum⁹ aromatū in cōspectu dn̄i d̄ manu āgeli. Alia an̄.

Stetit angelus iuxta arā tēpli habēs thuribulū aureū in manu sua: ⁊ data sunt ei incēsa multa: ⁊ ascēdit fum⁹ aromatū in ꝯspectu dei. sine Alleluia. Quib⁹ finitis pōtifex ante altare stās deposita mitra dicit. Orem⁹. Et ministri. Flectam⁹ genua: Leuate.

Pontifex stās sine mitrā dic̄ orationem.

Huius altaris dn̄e holocaustū: sancti spūs tui gratia infusum: in odorē tue suauitatis ascendat. Per christū dn̄z nr̄z. ℟. Amē. Post hec combustis cādelis ⁊ thure: cineres illi⁹ cōbustio

nis per vnū ex ministris abradū tur ab ara altaris cum spatulis li gneis paruis: et in aliquo vase col lecti proijciuntur in fōtes siue sa crarium ecclesie. Deinde pontifex versus ad ipsum altare stans sine mitra dicit. Oremus.

Pontifex stās sine mitra dic orationem.

Supplices tibi domine deus pater omnipotēs preces effundi mus: vt metalli huius expolitam materiā supnis sacrificijs ibuēdā: ipse tue dotare sctificationis vber tate digneris: qui quondā legem in tabulis scripsisti lapideis. Per dominū nostrū iesum christū fili um tuum: Qui tecū viuit et regnat in vnitate spiritus sancti de⁹. Et mox mediocri voce adhuc sine mitra stans extēsis manib⁹ ante pectus dicit prefationem.

Pōtifex dicit pfationē manib⁹ extēsis añ pectus.

Per omnia secula seculorum. ℟. Amē. ℣. Dñs vobiscū ℟. Et cū spiritu tuo. ℣. Sursum corda. ℟. Habem⁹ ad dominū. ℣. Gratias agamus dño deo nostro. ℟. Dignū et iustū est. Uere dignū et iustū est: equū et salutare. Nos tibi semper et vbiq3 gratias agere: dñe sancte pater oīpotēs eterne deus. Qui post offēdicula lapsus primi hoīs: instituisti tibi offerri propitiatorij delibamēta libaminis: vt culpa que pcesserat per superbiā: futuris tēporibus expiaret per munera: quibus honorarentur altaria: honorificarent et templa. Qd tibi primus noe preparauit officio. Rursus abraham imolaturus filiū. Deh ic iacob eri

Geñ. viij.

Geñ. xij.

gens et vngens lapidē in titulum. Geñ. xxviij. Te redēptor mūdi exoramus: vt lapidē istū seu mensam: in honorē tuū: gloriose q3 virginis marie: et oium sanctorum: cōse ✠ crare et sancti ✠ ficare digneris bñdictiōis tue illapsu: manib⁹ nr̄is opem tue bñdictionis infundēs: et sacri huius mysterij sicut istitutor: ita etiā et sctificator appare: qui te angularē lapidē: et saxū sine manib⁹ excisum: noiari voluisti. Inhereas hic: placido maiestatis eternalis obtutu: vt qcqd sacro ritu super hoc imolabit. sicut melchisedech oblatū tibi placeat holocaustum: adsit misericordie tue ineffabilis pietas: vt te largiēte referat premiū: qsqs intulerit votum. Quod sequit dicit plane legendo: ita tamē q a circūstatibus audiatur.

Geñ. ij.

Geñ. xiiij.

Quod seqt dicit plane.

Qui cū deo patre et spiritu sancto viuis et regnas deus per oia secula seculorū ℟. Amē. Deinde pōtifex ichoat et schola seu ministri prosequuntur añam.

Pōtifex inchoat añā. Confirma.

Confirma hoc deus qd operatus es in nobis a templo sancto tuo qd est in hierl'm. ℣. Gloria pri. ℟. Sicut erat. Deide repetit añ. Qua dicta pontifex sine mitra dicit. Orem⁹.

Pōtifex sine mitra dicit oiones.

Uesum⁹ oipotēs deus vniuersarū rerum rōnabilis artifex: qui iter ceteras creaturarū formas: lapideum metallū ad obsequiū tui sacrificij cōdidisti: vt legitime libationi preparet altare: annue dignāter: vt qcqd hic oblatū sacratumue fue

rit: nomini tuo assurgat: religioni proficiat: spei innitatur: et fidei sit honori. Per christum dominum nostrū. ℞. Amen. Postea inchoat scola seu ministris prosequentibus añ. am.

Ministris dicentibus añ. Dis terra pontifex incēsat tabulam in modū crucis.

Omnis terra adoret te deus et psallat tibi: psalmū dicat nomini tuo dñe. Qua incepta pōtifex accepta mitra thurificat super tabulā in modū crucis. Deinde deposita mitra dicit. Oremus.

Pōtifex sine mitra dicit oiones.

Descendat q̄sumus dñe deus nr̄ spūs tuus sup hoc altare qui et ppli tui dona scificet et sumētium corda purificet. Per xp̄m dñm nr̄m. ℞ Amē. Postremo extergit tabula per ministros cū panno lineo. Tū pontifex si velit acceptis pōtificalibus paramētis dicit missam supra sub ɔsecratiōe altaris ordinatā. De cimiterij bñdictiōe.

Tabula extergit a ministris.



Quanq̄ pleriq3 asserāt cimiterij benedictionē necessariam nō esse dicentes circuitus extra ecclīa et cimiterij aspsiones q̄ fiūt qn̄ ecclīa dedicat sufficere: supuacuū tñ nō est benedictionem huiusmodi fieri. in qua hoc modo proceditur.

Die precedēti ponūtur in cimiterio benedicendo qnq3 lignee cruces: videlicet vna altior i medio: et q̄tuor alie: quelibet ad staturā hois: quarū vna in extremitate cimiterij ante crucē mediam. Alia in alia extremitate cimiterij retro crucē mediā. Tertia in tertia extremitate a dextris: et q̄rta in quarta extremitate cimiterii a sinistris crucis medie: et añ quālibet ex dictis quinq3 crucibus ponitur seu figitur in terram aliquod lignū: in eius sūmitate aptum: ad affigendum illi tres candelas: trium vnciarum quelibet vel circa. Scala vel aliud edificiū sup quo ascendēs pōtifex possit attingere sūmitates ipsarum crucum. Uas magnū aqua plenū benedicēda. et vas cū sale. Mane vero pōtifex in sacristia paratus amictu: alba: cingulo: stola: pluuiali albi coloris: mitra simplici: et baculo pastorali accedit cum ministris ad cimiterium benedicendū: vbi faldistorium ante crucem in medio positam sibi paratur: super quo residēs: facit pplo breuē sermonē de scītitate et libertate cimiterij.

Die precedenti bñdictionē cimiterij ponunt qnq3 cruces i cymiterio ordine q̄ habet i textu.

Que preparanda sunt p bñdictione cimiterij

Parat faldistoriū p episcopo ante crucē pricipalem.





Qua facta affigūtur ⁊ accēdunt quindeciꝫ candele: tres ante quā libet crucem super ligna vt supra ordinata. qbus ardentibus pōtifex ante mediam crucē ⁊ cādelas cōstitutus stans deposita mitra dicit. Oremꝰ.

Pōtifex dicit tunc mitra orōneꝫ.

Omnipotēs deus: qui es custos aīarū ⁊ corpoꝝ tuoꝝ fideliū respice ꝓpitius ad nr̄e seruitutis officiū: vt ad introitū nostrū purget: bene✠dicatur: cōse✠cret ⁊ sancti✠ficet hoc cimiteriū vt humana corpora hic post vite cursum quiescē tia: post huius vite volumina: mereātur adipisci perhēnis gaudia vite. Per xp̄m dn̄ꝫ nr̄ꝫ. ℟. Amē.

Pōtifex cū mitra accūbit sup faldistorū ⁊ dicitur letania.

Et mox ante ipsam crucē sup faldistorio pōtifex accepta mitra accūbit: ⁊ cātor icipit ⁊ ꝓsequit Letaniaꝫ. quā reqre s. fo. x. Cūq3 dictū fuerit. Vt obsequiuꝫ seruitutis nostre tibi rationabile facias. Te rogamꝰ au. n. Pōtifex surgit ab accubitu: ⁊ baculū pastoraleꝫ in sinistra tenēs ꝓducit signū crucis sup cimiteriū dicēs p̄mo. Vt hoc cimiteriū purgare ⁊ bn̄✠dicere digneris. ℟. Te roga. au. nos. Scdo dicit. Vt hoc cimiterium purgare bn̄✠dicere ⁊ sācti✠ficare digneris. ℟. Te rogamꝰ audi nos. Tertio dicit. Vt hoc cimiteriū purgare bn̄✠dicere sancti✠ficare ⁊ cōse✠crare digneris. ℟. Te rogamꝰ au. n. Quo facto redit ad accubitū cātore Letaniā ꝑficiente. Qua finita surgit cum mitra ab accubitu pōtifex: ⁊

Pōtifex surgit tenēs baculū pastoralē in sinistra ⁊ dicit versus sequentes.

stās iuxta aquā ibidē in vase paratā: bn̄dicit eā ⁊ sal simpliciter ꝓut fit in dn̄icis diebꝰ icipiēs absolute cū mitra. Exorcizo te creatura salis ⁊c. Reqre supra sub bn̄dictione ⁊ ipositione primarij lapidis ꝑ ecclia edificāda. Aqua igit talr̄ bn̄dicta accedēs ad crucē an̄ mediā positā mitra ibidem deposita ichoat schola ꝓsequēte aīaꝫ.

Finita letania surgit episcopus ⁊ bn̄dicit sal ⁊ aquam. ē. fo. c. iiij.

Bn̄dicta aq̄ pontifex accedit ad crucē an̄ mediaꝫ positā et stās sine mitra dicit aīi. Asperges qua dicta dicit ps Miserere totꝰ.

Asperges me domi ne isopo ⁊ mūda bor: laua bis me et super niuem de al ba bor. E v o v a e. ps.

Miserere mei deꝰ: sm̄ magnaꝫ misericordiā tuā. Totus dicitur cuꝫ Gloria patri. ⁊ Sicut erat. Quo dicto aīa repetit. Dū antiphona ⁊ psalmus dicuntur.



Explecto circuitu redit ante crucē q̄ est an̄ mediā ⁊ ad ipsas respiciens ⁊ stans sine mitra dicit orationem.

Pontifex accepta mitra circuit ⁊ perambulat totū locū cimiterij: incipiens circuire ad eius dexterā aspergens aquā bn̄dictā vbiq;. Expleto autē circuitu rediens ante crucē que est ante mediā deposita mitra respiciens ad ipsā crucē dicit. Oremus.

Deus q es totius orbis ⁊ humani generis redēptor: cunctarū q; creaturarū visibiliū ⁊ inuisibiliū pfectus dispositor: te supplici voce ac puro corde exposcimus: vt hoc cimiteriū siue poliandrū: in quo famulorum famularūq; tuarū requiescere corpora debent: post curricula huius vite labentia: purgare: scti ✠ ficare ⁊ bn̄ ✠ dicere digneris: quiq; remissionē oīū peccatorū per tuā magnā misericordiā in te cōfidētibus prestitisti: corporibus quoq; eorū in hoc cimiterio quiescentibus: ⁊ tubā primi archangeli hic expectātibus: cōsolationē ppetuā largiter īpartire. Per xp̄m dn̄m nr̄m. ℟. Amē.



Deinde thurificat ipsam crucē ⁊ figit in summitate ipsius vnā ex tribus candelis ardentibus: ⁊ alias duas similiter ardētes in duob⁹ brachijs eiusdē crucis. Quo facto accepta mitra accedit ad crucē retro mediā positā: aspergendo semp aquā bn̄dictā p cimiteriū interim dicens cū ministris sequentes psalmos.

Pōtifex accepta mitra vadit ad aliā crucē retro mediā positā dicēdo ps̄ sequētes ⁊ aspergēdo semp aquā bn̄dictā p cimiterium.

Domine ne in furore tuo arguas me: neq; in ira tua corripias me.

Miserere mei domine: qm̄ infirmus sum: sana me dn̄e: quoniā cōturbata sunt omnia ossa mea.

Et anima mea turbata est valde: sed tu domine vsq;quo.

Conuertere domine ⁊ eripe animā meā: saluum me fac propter misericordiam tuam.

Quoniam non est in morte qui memor sit tui: in inferno autē qs confitebitur tibi.

Laboraui in gemitu meo lauabo per singulas noctes lectū meum: lachrymis meis stratum meum rigabo.

Turbat⁹ est a furore oculus meus: inueteraui inter omnes inimicos meos.

Discedite a me omnes qui operamini iniquitatem: qm̄ exaudiuit dominus vocem fletus mei.

Exaudiuit dominus deprecationem meam: dominus orationem meam suscepit.

Erubescant ⁊ conturbentur vehemēter omnes inimici mei: conuertantur ⁊ erubescant valde velociter. Et nō dicit̄. Glia pri. ps.

Beati quorū remisse sunt iniquitates: ⁊ quorum tecta

sunt peccata.
Beatus vir cui nõ imputauit do minus peccatum: nec est in spiritu eius dolus.
Quoniã tacui iueterauerũt ossa mea: dum clamarem tota die.
Quoniã die ac nocte grauata est sup me man⁹ tua: cõuersus suz in erũna mea dũ cõfigitur spina.
Delictum meum cognitũ tibi feci: ꝛ iniusticiam meã nõ abscõdi.
Dixi: confitebor aduersuz me iniusticiam meam domino: ꝛ tu remisisti impietatem peccati mei.
Pro hac orabit ad te omnis sanctus: in tempore oportuno.
Verũtñ in diluuio aquarũ multarũ: ad eũ nõ approximabũt.
Tu es refugium meũ a tribulatiõe que circũdedit me: exulta ti mea erue me a circũdãtibus me.
Intellectũ tibi dabo ꝛ instruaz te: i via hac qua gradieris: firmabo super te oculos meos.
Nolite fieri sicut equus ꝛ mulus: quibus non est intellectus.
In chamo ꝛ freno maxillas eorum constringe: qui non approximant ad te.
Multa flagella peccatoris: sperantes autem in domino misericordia circundabit.
Letamini in domino ꝛ exultate iusti: ꝛ gliamini oẽs recti corde.
Et nõ dicit Glia patri. Quibus expletis põtifex stãs ante ipsã crucẽ: deposita mitra dicit. Oremus.

Dictis ps ꝑdictis põtifex sine mitra dic oratione añ ipsam crucez.

Domine sancte pater oipotens eterne deus: trina maiestas ꝛ vna deitas. pater ꝛ filius ꝛ spũs sctũs. Justitie auctor. venie largitor. bonoꝝ dator. sanctitatis origo. charisinatuz distributor. oiumqz ad te veniẽtiũ pius receptor. ꝑsta ꝓpiti⁹: vt hoc cimiteriuz in honorẽ tuũ ꝛ nomẽ sancti tui talis dispositũ bene ✠ dici ꝛ sancti ✠ ficari concedas: qui beato abrahe patriarche famulo tuo: terram a filijs. Effrem cõparatã in sepulturã benedixisti: ꝛ q populo israhelitico promissionis tellurẽ in euo durantem concessisti. famuloꝝ famularũqz tuaruz corporibus in hoc cimiteriuz intrãtibus quietis sedẽ: ꝛ ab omni incursione maloꝝ spirituũ tutelã benignus largitor tribuas: vt post animarũ corporumqz resurrectionẽ coadunataz: te donante atqz cõcedente: beatitudinẽ sempiternaz percipere mereanť: q in trinitate perfecta viuis ꝛ regnas deus. Per oia secula seculoꝝ. ℟. Amẽ. Cũ thurificat ipsam crucẽ: ꝛ figit in sũmitate eius vnã ex tribus candelis ardẽtibus: ꝛ alias duas in duobus brachijs eiusdẽ crucis: ꝛ accepta mitra vadit ad crucez ad dextrã medie positaz: aspergẽdo aquã bñdictã p cimiteriuz ꝛ dicendo cuz ministris. ps.

Gen. xxiij. Jo. p totu.

Põtifex sine mitra thurificat crucez ꝛ figit in sũmitate ei⁹ vnã candellã ex trib⁹ ardẽtibus ꝛ alias duas in brachijs duobus dicte crucis. Põtifex cũ mitra aspergẽdo aqñ vadit ad aliaz crucẽ positaz ad dextrã medie crucis dicẽdo ps. Dñe in furore.

Domine ne in furore tuo arguas me: neqz i ira tua corripias me.
Qm̃ sagitte tue infixe sunt mihi: ꝛ cõfirmasti super me manũ tuaz.
Non est sanitas in carne mea a

a facie ire tue: nō est pax ossib⁹ me
is a facie peccatorum meorum.
Quoniã iniquitates mee super
gresse sunt caput meũ: ⁊ sicut o-
nus graue grauate sunt sup me.
Putruerunt ⁊ corrupte sunt ci-
catrices mee: a facie isipiētie mee.
Miser factus sũ ⁊ curuatus sũ
vsqȝ in finem: tota die contrista-
tus ingrediebar.
Quoniam lumbi mei ipleti sunt
illusionibus: ⁊ non est sanitas in
carne mea.
Afflict⁹ sũ ⁊ humiliatus sũ ni-
mis: rugiebã a gemitu cordis mei.
Domine ante te omne desideri-
um meũ: ⁊ gemitus meus a te nō
est absconditus.
Cor meũ conturbatũ est in me:
dereliquit me virtus mea ⁊ lumē
oculorum meorum ⁊ ipsum non
est mecum.
Amici mei ⁊ primi mei: aduersũ
me appropinquerũt ⁊ steterunt.
Et qui iuxta me erant de longe
steterunt: ⁊ vim faciebãt qui que
rebant animam meam.
Et qui inquirebant mala mihi:
locuti sunt vanitates: ⁊ dolos to
ta die meditabantur.
Ego autem tanq̃ȝ surdus non
audiebam: ⁊ sicut mutus nō ape-
riens os suum.
Et factus sum sicut homo non
audiēs: ⁊ non habens in ore suo
redargutiones.
Quoniã in te dñe speraui: tu ex-
audies me dñe deus meus.
Quia dixi nequãdo supergaude
ant mihi inimici mei: ⁊ dum com
mouentur pedes mei sup me ma
gna locuti sunt.
Quoniam ego in flagella para
tus sum: ⁊ dolor meus in conspe
ctu meo semper.
Quoniam iniquitateȝ meã ego
annunciabo: ⁊ cogitabo pro pec
cato meo.
Inimici autē mei viuunt ⁊ cōfir
mati sũt super me: ⁊ multiplicati
sunt q̄ oderunt me inique.
Qui retribuunt mala pro bonis
detrahebant mihi: quoniã seque
bar bonitatem.
Nō derelinquas me domine de
us meus: ne discesseris a me.
Intende in adiutoriũ meũ: dñe
deus salutis mee. Et non dicitur
Gloria pri. Quo dicto pontifex
stans ante ipsam crucem deposi-
ta mitra dicit. Oremus.
Domine deus: pastor eterne
glorie: lux ⁊ honor sapientie: cu-
stos ⁊ vigor prudētie: salus egro
tantiũ. valitudo potentiũ. mesto
rum solamē vita iustorũ ⁊ gloria
humiliũ te supplices flagitamus:
vt hoc seruorum tuorum cimiteriũ: ab
omni spurcitie inquinamēto: ⁊ im-
mũdorum spũum isidijs: custodire:
mũdare ⁊ bñ ✠ dicere digneris:
atqȝ corporibus humanis in hũc
locũ aduenientibus: sinceritateȝ
perpetuã tribuere nō desinas: vt
q̄cunqȝ baptismi sacramentũ per
ceperint: ⁊ catholice fidei docu-
mēta tenuerint atqȝ decurso hu-
ius eui termino corpa sua in hoc

cimiterio requiei cōmēdauerint: hic habeāt te presidēte corporuȝ suorū requiei sedē: donec in extremi iudicij die: angelicis cōcrepātibus tubis: animas simul cū corporibus surgere de puluere: ⁊ ad dextrā parteȝ cū sanctis tuis aggregari permittas. Per christuȝ dominuȝ nostruȝ. ℟. Amen.



Pōtifex sine mitra thurificat crucē ⁊ figit in ea candelas vt in prioribus.

Deinde thurificat ipsam crucē: ⁊ figit in summitate eiuȝ vnā ex tribus candelis ardētib⁹: ⁊ alias duas in duobus brachijs ipsius crucis. Tuȝ accepta mitra vadit ad crucē que est ad sinistrā medie crucis posita: aspergendo semper aquaȝ benedictaȝ per cimiteriū dicendo cū ministris. ps.

Domine exaudi orōnē meā: ⁊ clamor meus ad te veniat.
Non auertas faciē tuaȝ a me: in quacunqȝ die tribulor inclina ad me aurem tuam.
In quacūqȝ die inuocauero te: velociter exaudi me.
Quia defecerunt sicut fumus dies mei: ⁊ ossa mea sicut cremium aruerunt.
Percussus sum vt fenuȝ ⁊ aruit cor meuȝ: quia oblitus sum comedere panem meum.
A voce gemitus mei adhesit os meum: carni mee.
Similis factus sum pellicano solitudinis: factus suȝ sicut nocticorax in domicilio.
Vigilaui: ⁊ factuȝ suȝ sicut passer solitarius in tecto.
Tota die exprobrabant mihi inimici mei: ⁊ qui laudabant me aduersum me iurabant.
Quia cinerem tanq̄ panē manducabam: ⁊ poculum meum cum fletu miscebam.
A facie ire indignationiȝ tue: qa eleuans allisisti me.
Dies mei sicut vmbra declinauerunt: ⁊ ego sicut fenum arui.
Tu autē dn̄e ineternuȝ pmanes: ⁊ memoriale tuum in generatione ⁊ generationem.
Tu exurgēs misereberiȝ syon: qa tempus miserendi eius quia venit tempus.
Qm̄ placuerunt seruis tuis lapides ei⁹: ⁊ terre eius miserebunt.
Et timebunt gentes nomen tuum domine: ⁊ omnes reges terre gloriam tuam.
Quia edificauit dn̄s syon: ⁊ videbitur in gloria sua.
Respexit in orationem humilium: ⁊ non spreuit precē eoruȝ.
Scribantur hec in generatione altera: ⁊ populus qui creabit laudabit dominum.
Quia pspexit de excelso sctō suo: dominus de celo in terrā aspexit.
Vt audiret gemitus cōpedito-

rũ:vt solueret filios interẽptorũ.
Ut annuncient in syon nomen dñi:⁊ laudem eius in hierusalem.
In cõueniẽdo populos in vnũ ⁊ reges:vt seruiant dño.
Respondit ei in via virtutis sue: paucitatem dierum meorum nũcia mihi.
Ne reuoces me in dimidio dierum meorũ:in generatione ⁊ generationem anni tui.
Initio tu dñe terram fundasti: ⁊ opera manuũ tuarũ sunt celi.
Ipsi peribunt tu autem permanes:⁊ omnes sicut vestimentum veterascent.
Et sicut opertoriũ mutabis eos ⁊ mutabunt:tu autẽ idẽ ipse es:⁊ anni tui non deficient.
Filij seruorũ tuorũ habitabũt: ⁊ semen eorũ in seculũ diriget. Et nõ dicitur. Gloria patri. Quo dicto stans ante ipsam crucẽ deposita mitra dicit. Oremus.

Põtifex añ crucẽ deposita mitra dicit orationem.

Domine iesu xpe:q corp⁹ humanũ de terra ꝑ angelica reparatione formasti ⁊ i te ꝑ redemptione assũpsisti:in terrã ꝑ cõditione carnis resoluis:⁊ de terra ꝑ imortalitate resuscitas:hanc terrã que sumus ad vsuz sepulture de bñdictione tui sepulti corporis consecrare dignare:⁊ in baptismate tibi consepultos in natura carnis hic sepeliẽdos:sub spe tue resurrectionis:in tue redemptionis misericordia requiescere concede: qui venturus es iudicare viuos ⁊ mortuos:⁊ seculũ per ignez. ℟. Amen. Tũ thurificat ipsam crucez ⁊ figit in eius sũmitate vnã de tribus cãdelis ardẽtibus:⁊ alias duas in duobus brachijs eiusdez crucis:⁊ accepta mitra reuertitur ad crucẽ mediam aspergẽdo semper per cimiterium aquã bñdictã dicẽdo cũ ministris sequẽtes. ps.

Tũc thurificat ipsam crucez ⁊ figit candelis vt alijs s.

De profundis clamaui ad te domine:domine exaudi vocem meam.
Fiant aures tue intendentes in vocem deprecationis mee.
Si iniquitates obseruaueris domine:dñe quis sustinebit.
Quia apud te ꝓpitiatio est:⁊ propter legẽ tuã sustinui te dñe.
Sustinuit anima mea in verbo eius:sperauit aĩa mea in dño.
A custodia matutina vsqz ad noctem:speret israel in dño.
Quia apud dñm misericordia:⁊ copiosa apud eum redemptio.
Et ipse redimet israel:ex omnibus iniquitatibus eius. Et non dicitur Gloria pri. Alius psal's.
Domine exaudi orationẽ meam auribus percipe obsecrationem meã in veritate tua:exaudi me in tua iustitia.
Et non intres in iudiciũ cũ seruo tuo dñe:qr non iustificabitur in conspectu tuo oĩs viuens.
Quia ꝑsecutus est inimicus aĩaz meã:humiliauit i terra vitã meã.
Collocauit me in obscuris sicut mortuos seculi:⁊ anxiatus est super me spiritus meus:in me turbatum est cor meum.

Memor fui dierum antiquoruz meditatus sum in omnibus operibus tuis: in factis manuum tuarum meditabar.

Expandi manus meas ad te: anima mea sicut terra sine aqua tibi.

Velociter exaudi me dñe: qa defecit spiritus meus.

Non auertas faciez tuam a me: ꝛ similis ero descendentibus in lacum.

Auditaz fac mihi mane misericordiam tuam: quia in te speraui.

Notaz fac mihi viā in qua ambulē: quia ad te leuaui aīa meam.

Eripe me de inimicis meis dñe ad te confugi: doce me facere voluntatē tuaz: qꝛ deus meus es tu.

Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectā: ꝑpter nomen tuum domine viuificabis me in equitate tua.

Educes de tribulatione animā meaz: ꝛ in misericordia tua disperdes omnes inimicos meos.


Et perdes oēs qui tribulāt aīaz meam: qm̄ ego seruus tuus sum. Et nō dicit. Glia pri. Quib⁹ finitis pōtifex stās añ ipsaz crucē mediā deposita mitra dicit. Orem⁹.

Finitis his pōtifex stās ante crucez mediaz deposita mitra dic orationem.

Adesto q̄sumus dñe de⁹ obsequijs nr̄is: in nomine tuo hunc locuz visitantibus: nr̄e fragilitatis ministerio: ꝛ sicut benedixisti per manus seruoruz tuorū abrahe. Isaac ꝛ iacob terrā sepulture sue peregrinationis. Ita q̄sumus domine bene ✠ dicere: cōse ✠ crare: ꝛ sancti ✠ ficare digneris hoc cimiterium: precio vnigeniti filij tui domini nostri iesu christi sanguinis typice cōparatum: ad nostre peregrinationis corpora quiescenda: donec per eundez dominū nr̄m iesuz xp̄m de puluere ad gliā dones resurgēda: qui tecū viuit ꝛ regnat in vnitate spiritus sancti deus. Deinde mediocri voce extensis manibus ante pectus dicit prefationem.

Per omnia secula seculorū. ℟. Amen. ℣. Dñs vobiscū. ℟. Et cū spiritu tuo. ℣. Sursum corda. ℟. Habemus ad dominuz. ℣. Gratias agam⁹ domio deo nr̄o. ℟. Dignum ꝛ iustum est.

Vere dignū ꝛ iustū est equum


ꝛ salutare. Nos tibi semper et



vbiq; gratias agere. Domine

sancte pater oīpotens eterne


deus: per xp̄m dominū nostrū

Qui est dies eternus. Lux inde

ficiens: claritas sempiterna.

Qui sic sequaces suos in lucem

Jo. xij. precipit ambulare: vt noctis:

eterne valeant caliginē euade-


re: ꝛ ad lucis patriam feliciter


peruenire. Qui p humanitatē


assumptā Lazarū fleuit: per di- Jo. xi.

uinitatis potentiā vite reddi-

dit: atq; hūanū genus quadri

fida peccatorū mole obrutū

ad vitā eduxit: per quē te dn̄e

suppliciter deprecamur: q̄ten⁹

q in hoc sepelient poliandro

in nouissimo cū tube perstre- 1. Thes. iiij.

perint angelorū: a peccatorum



Quod sequit̃ dicit plane legẽdo ita tamen q̃ a circumastantibus audiat̃. Per dñm nr̃m iesuz xp̃m filiũ tuuz: q tecũ viuit ⁊ regnat in vnitate spiritus sancti deus: p oĩa secula seculorũ. ℟ Amen. Tũ thurificat crucẽ ipsam ⁊ figit in sũmitate ei⁹ vnã de tribus cãdelis ardẽtibus: ⁊ alias duas in duob⁹ brachijs eiusdẽ crucis: quo facto stãs versus ipsaz crucẽ dicit. Oremus. Et mĩstri. Flectam⁹ genu. Leua.

Quod sequi tur dič plane.

Põtifex sine mitra thurificat crucem ⁊ figit in ea cãdelas sicut i alijs ⁊ stãs v̾sus crucẽ dicit orõnẽ.

Domine sancte pater omnipotens eterne deus: bonoruz oiuz sanctificator: ⁊ in melius reformator: a quo ⁊ per quẽ oĩs bñdictio de celis descẽdit in terris: bene ✠ dicere dignare locuz istuz: vt sit poliandrũ seu cimiteriũ: dulcis reqes ⁊ pausatio mortuorũ: quorũ aie quaruz corpora hic sepulta vel sepeliẽda sunt: iocunditatis tue dulcedine potiantur: sintqȝ interim in superna hierusalez gaudẽtes ⁊ letantes: donec in magni iudicij die de sepulchris propria corpora recipiant: ⁊ sic venienti dño ad iudicãdũ obuiaz cũ fructu bone operationis occurrant. Per dñm ⁊c. ℟ Amẽ.

His peractis põtifex solemniter bñdicit populos dicens. Sit nomen dñi bñdictuz ⁊c. Deinde intrat ecclesiaz: ⁊ si velit parat se ad missaz: si vero celebrare noluerit: facit per aliquez sacerdotez solẽniter celebrari. Missa dicitur de die: ⁊ cũ orone diei dicit̃ sub vno. Per dominuz. sequens oratio.

Põtifex solẽniter bñdicit pplm̃.

Deus cuius miseratione aie fideliũ requiescunt: huic cimiterio q̃sumus dñe angelũ tuũ sanctuz deputa custodẽ: ⁊ quorũ quarumqȝ corpora hic sepeliuntur: animas eorũ ab omnibus absolue vinculis delictoruz: vt in te semper cũ sanctis tuis sine fine letentur. Per dñm ⁊c. Cuz sec. diei dicit̃ sub vno. P dñz seqũes sec.

Hec oõ dicit̃ cũ pma orone misse sb vno p do minum.

Munera domine oblata sanctifica: ⁊ qui te ipsum in sepulchro poni voluisti: ⁊ exẽplum resurgendi fidelibus tuis largiri dignatus es: da q̃sumus fideliuz

Hec secreta dicat̃ cũ po ri sub vno per dñm.

tuorū animabus hic in te quiescētibus veniam peccatorum vt hec salutaris hostia: sit remediū ⁊ requies animarum eorum ⁊ corporum. Per dñm ⁊c. Cum postcom. diei dicitur sub vno Per dominum. sequens postcōio.

Muneribus sacris satiati quesumus dñe deus noster vt plebs tua que in futuro a morte corporis resurrectura creditur: te miserante a morte aīe resurgere mereatur. Per dominū nostrum ⁊c.

Dec oīo dicit post cōmunionē sb vno p dñm.

¶ De ecclesie ⁊ cimiterij reconciliatione.



Ecclie ⁊ cimiterij recōciliatio omni die fieri potest. ¶ Est tamen notandum q vbi cimiteriū est ecclesie cōsecrate coniūctū: dicunt qdam q vna ⁊ eadem est consecratio ecclesie ⁊ cimiterij. Nam circuitus extra ecclesiam ⁊ aspersiones que fiūt in consecratione ecclesie loco benedictionis cimiterij habent ⁊ propterea alia benedictio necessaria non est: prout etiam supra dictum est. Unde cum vna ⁊ eadē sit vtrisq consecratio ⁊ imunitas altero eorum violato vel polluto: vtrūq execratū: prophanatū: violatum seu pollutū esse cēsetur: qr vnitas diuisionem non capit. ⁊ ideo vna ⁊ eadem debet esse forma recōciliationis vtriusq: quoniam par est ius ligandi ⁊ soluendi: ⁊ vnūquodq suo genere solui debet quo ligatū est. Idē dicēdū est in ecclia nō cōsecrata: cū eius ⁊ cimiterij ei coherētis: vna ⁊ eadē immunitas habeatur. In plerisq locis vsus iterpretatur: vt ecclesia violata vel polluta: cimiterium illi coherēs violatum vel pollutū esse iuxta premissa itelligatur: sed nō ecōuerso: cū ecclesia ⁊ eius cōsecratio dignior sit ⁊ principalis. Alicubi vero ecclesia violata vel polluta: cimiteriū violatū vel pollutū minime reputat. In reconciliatione itaq ecclesie simul ⁊ cimiterij hoc modo pcedit. ¶ In primis in mane diei qua reconciliatio fieri debet, paratur faldistorium super tapetem in medio cimiterij: ⁊ altare ecclesie oīno nudat. Paratur etiam duo vasa cū aqua. vnū in cimiterio: ⁊ aliud in ecclesia in presbyterio: ⁊ ibidem vnum vas vini. Uas cū sale. Uas cū cineribus ⁊ aspersoriū de herba isopi factū. prouidet etiam q ecclesia possit libere circuiri. Si vero ecclesia tantū sit recōcilianda: paratur faldistoriū super tapetē ante portā principalē ecclie: ⁊ ibidem vas cū aqua ⁊ aspsoriū de herba isopi factū: ac alia in ecclia que supra sūt ordiata. Quib⁹ oib⁹ sic paratis pōtifex in sacristia vel alio cōdecēti loco ornat⁹ amictu: alba: cigulo: stola: pluuiali albo: mitra simplici: ⁊ baculo pastorali pcedit ad cimiteriū si ē recōciliādū: alias ań portā pricipalē ecclie: vbi stās iuxta faldistoriū sibi paratū bñdicit aquā ibidē i vase positā simpli


Opiniones varie d violatione ⁊ reconciliatione ecclie et cimiterij.


Que paranda sunt i recōciliatione ecclie ⁊ cymiterij.

Pōtifex paratus amictu alba stola ⁊ pluuiali albo ⁊ mitra simplici ac baculo pastorali vēt ad portā ecclie et ibi stās iuxta faldistoriū benedicit aquam.


citer cũ sale: prout habetur supra in benedictione et ipositione primarij lapidis pro ecclesie edificãda. Aqua igitur benedicta pontifex sine mitra inchoat schola prosequente antiphonam.

E.fo.c.liij. Aqua bñdicta põtifex sine mitra inchoat añ. Asperges q̃ dicta dicit ps. Miserere tot⁹ cũ Gloria.









Miserere mei de⁹: sm magnaz misericordiaz tuã. Totus dicitur cuz. Gloria patri. et Sicut erat. Quo finito añ. repetit. Interim dum añ. et ps dicunt pontifex accepta mitra aspergit cũ ipsa aqua in circuitu de foris ecclia3 et cimiteriũ simul: aspergẽdo aquã alternatim: nũc ad murũ ecclesie: nunc ad terrã cimiterij: et specialiter loca contaminata: quo facto rediens ad locũ vbi aquã bñdixit stans deposita mitra dic. Orem⁹.

Añ repetit post ps.

Omnipotẽs et misericors deus q sacerdotibus tuis tantaz pre ceteris grãz contulisti: vt quicqd in tuo nomine digne per fecteq3 ab eis agitur: a te fieri credatur: q̃sumus imensaz clementiam tuã: vt quod modo visitaturi sumus visites: et qcquid bñdicturi sumus bñ ✠ dicas: sitq3 ad nostri humilitatis introitũ: sanctoruz tuorũ meritis fuga demonũ: et angeli pacis igressus. Per xp̃m dñm nr̃m. ℟. Amẽ. Deide iteruz dicit. Oremus. Et mistri. Flectamus genua: Leuate.

Aufer a nobis dñe cunctas iniquitates nr̃as: vt ad loca tuo sancto nomini purificãda: puris mereamur mẽtib⁹ accedere. Per xp̃m dominũ nostruz. ℟. Amen. Et si ecclesia reconciliatur sine cimiterio obmittitur sequens oratio. Si vero ecclesia simul cũ cimiterio reconciliat: põtifex finita p̄cedẽte mor dicit. Oremus. Et mistri. Flectamus genua: Leuate.

Si ecclesia reconciliat sine cymiterio nõ dr sequens oio.

Domine pie q agrum figuli: p̄cio sanguinis tui in sepulturam peregrinorum comparari voluisti: quesumus dignanter reminiscere clemẽtissimi huius mysterij tui. Tu es enim domine figulus noster. tu quietis nostre ager. tu agri huius es precium. tu dedisti etiam et suscepisti. tu de precio et in precio tui viuifici sanguinis nos quiescere fecisti et donasti. tu ergo domine qui es offensionis nostre clementissimus indultor. expectatissimus iudicator. iudicij tui superabundantissimus miserator iudiciuz tue iuste seueritatis abscõdẽs. post misera

Mat. xxvij

tioné tue pie redemptionis: adesto exauditor ꝛ effector nře recóciliationis: hocqꝫ cimiteriū mausoleuꝫ peregrinorū tuorum celestis patrie incolatū expectantiū: benignus purifica ꝛ reconcilia: ꝛ hic tumulatoruꝫ ꝛ tumulandorū corpora: de potétia ꝛ pietate tue resurrectionis: ad gloriā incorruptionis: nó damnans sed glorificans: resuscita: q venturus es iudicare viuos ꝛ mortuos ꝛ seculū per igné. ℟. Amen. Postea cantor incipit Letaniā ꝛ pótifex accepta mitra ingreditur ecclesiaꝫ cū clero cantādo eā: accedit ante altare maius corā quo paraf ei faldistoriuꝫ sup qd pontifex ꝓcumbit. Cumqꝫ dictū fuerit. Ut obsequiuꝫ seruitutis nostre tibi rationabile facias. Te rogamusꝫ audi nos. Pontifex surgit de accubitu: ꝛ baculū pastoralem in sinistra tenés: ꝑducit signū crucis super altare: eccliā: ꝛ cimiteriū dicés.

Cātor incipit letaniaꝫ ꝛ pótifex accepta mitra eccl'iaꝫ igredit cū clero ꝛ añ altare maius sup faldistorio procumbit.

Pótifex surgit ad accubitu cū mitra ꝛ baculo pastorali ꝛ dicit ꝟsusꝫ sequentes.

Ut hanc ecclesiā ꝛ altare hoc ac cimiteriū purgare ꝛ recó✠ciliare digneris. ℟. Te rogamus audi nos. Secūdo dicit. Ut hanc ecclesiā ꝛ altare hoc ac cimiteriuꝫ purgare: recó✠ciliare et sancti✠ficare digneris. ℟. Te rogamusꝫ audi nos. Tertio dic. Ut hanc ecclesiā ꝛ altare hoc ac cimiterium purgare recon✠ciliare: sancti✠ficare ꝛ cóse✠crare digneris. ℟. Te ro. au. n. Si aūt cimiteriū non sit pollutū ꝛ sic neqꝫ recóciliādū: nó fit ḋ cimiterio mētio. Quib⁹ dictis iteꝝ sup faldistorio accumbit cantore Letaniam resumente ꝛ perficiente. Qua finita pontifex surgit ꝛ deposita mitra stans versus ad dictum altare dicit. Orem⁹. Et ministri. Flectamus genua: Leuate.

Pótifex iterū accūbit sup faldistorio.

Finita letania pótifex sine mitra stans dicit orationeꝫ.


Deus qui peccati veteris hereditariam mortem: in qua posteritatis genus omne successerat: christi filij tui domini nostri passione soluisti: da propitius vt cóformes eidé effecti: sicut imaginē terreni parentis nature necessitate gerimus: ita imagineꝫ celestis gratie sanctificatione portemus per virtutem christi filij tui domini nostri: Qui tecū viuit ꝛ regnat in vnitate spiritus sancti de⁹: per omnia secula seculoruꝫ. ℟. Amé. Deinde pontifex genuflectit ante faldistoriū predictuꝫ: ꝛ sine mitra cantādo dicit prout etiā habetur supra in ecclesie dedicatione. Deus in adiutoriū meuꝫ intende. Tuꝫ surgit pótifex ꝛ chorus respondet. Dñe ad adiuuandum me festina. Tunc pontifex stansꝫ sine mitra dicit. Gloria patri ꝛ filio ꝛ spiritui sctó. Chorus respondet. Sicut erat in pricipio ꝛ nūc ꝛ semꝑ ꝛ in secula seculorū. Amé. absqꝫ All'a. Idé fit eidé modo ꝛ loco scdo ꝛ tertio: voce semꝑ altius eleuata. Quibus dictis pótifex stās i eodé loco accepta mitra bñdicit aliā aquā ibideꝫ in ꝑsbrio in aliquo vase paratam cum sale cinere ꝛ vino incipiens absolute.

S. fo. 112.
Pónfex genuflectit añ faldistoriuꝫ ꝛ dic ter deus in adiutoriuꝫ cum Gl'ia rñdib⁹ ministris vt est signatū in textu.


Eps bñdicit aliam aquā cū sale vino ꝛ cinere.

R. fo. cxiij. Exorcizo te creatura salis &c. ut habetur supra in dedicatione ecclesie in secunde aque benedictione cōtinuans usque ad orationem. Omnipotēs sempiterne deus creator et conservator humani generis &c. Inclusive. Qua dicta pōtifex ichoat schola prosequente antiphonam.

Pōtifex sine mitra icipit añ q̃ repetit ad singulos versus ps.



Exurgat de us et dissipentur



inimici eius: et fugiāt q oderūt



eum a facie eius. E v o v a e. ps.

In ecclesijs benedicite deo domino: de fontibus israel. Repetitur añ. Ibi beniamin adolescētulus in mētis excessu. Aña repetitur. Pricipes iuda duces eorū: principes zabulon et pricipes neptalim. Repetitur añ. Manda deus virtuti tue: cōfirma hoc deus qd operatus es in nobis. Añ. repetitur. A templo sancto tuo in hierusalē: tibi offerrēt reges munera. Repetitur añ. Increpa feras arundinis congregatio taurorū in vaccis populorum: ut excludāt eos qui probati sunt argēto. Añ. repetitur. Dissipa gentes que bella volunt: venient legati ex egypto: ethiopia preveniet manus eius deo. Repetitur añ. Regna terra cantate deo: psallite domino. Aña repetitur. Psallite deo qui ascendit super celum celi: ad oriētem. Repetitur añ. Ecce dabit voci sue vocem virtutis: date gloriā deo sup isrl' magnificētia eius et veritas eius in nubibus. Añ. repetitur. Mirabilis deus in sanctis suis deus israel ipse dabit virtutem et fortitudinē plebi sue: benedictus deus. Et non dicitur Gloria patri. Sed añ. repetitur. Interim dum aña et psalmus predicti dicuntur. Pontifex accepta mitra circuit ter ecclesiā intrinsecus. aspergendo in primo circuitu parietes in superiori parte. In secundo autem in inferiori parte earum. In tertio vero paumentum ecclesie. aspergit etiam specialiter loca contaminata quādo ecclesia principaliter est polluta vel violata. Quo facto pontifex stās in presbyterio cum mitra versus ad altare dicit.

Dū pdicta cātant pōtifex ter circuit ecclesiā interius aspergēdo i p circuitu parietes in superiori pte in secūdo i inferiori pte parietū et tertio in paviméto ecclie.

Deum indultorē criminum: deum sordium mūdatorem. deū qui corruptum peccatis originalibus mundū adventus sui nitore purificavit: fratres charissimi supplices deprecemur: ut cōtra diaboli furētis insidias nobis fortis propugnator assistat: ut siqd eius virosa calliditate quotidianis isectatiōib' maculatū i loco isto corruptūqz fuerit: efficiat celesti miseratiōe purgatū: atqz in priorem statū i integrū restitutū qd fuerat diabolica fraude pollutū: qz sicut


Pontifex stās i pisbyterio cū mitra dicit versus ad altare.

illius est solidũ pfectumqȝ quassare: ita auctoris ⁊ creatoris nr̃i est lapsa restituere: nutãtia stabilire: ⁊ corrupta purgare: q cũ deo patre ⁊ spiritu sctõ viuit: ⁊ regnat deus. Deide deposita mitra mediocri voce extẽsis manibus ante pectus dicit prefationem.

Põtifex deposita mitra dicit pfationẽ extẽsis manibus añ pectus.

Per omnia secula seculoruȝ. ℞. Amen. ℣. Dñs vobiscuȝ. ℞. Et cũ spiritu tuo. ℣. Sursum corda. ℞. Habemus ad dominũ. ℣. Grãs agamus domino deo nr̃o. ℞. Dignum ⁊ iustum est.


Uere dignuȝ ⁊ iustum est equũ ⁊ salutare. Nos tibi semper et vbiqȝ gratias agere: domine sancte pater oĩpotens eterne deus. Cuius imẽsa bonitas vt non habuit pricipiuȝ: ita neqȝ terminũ habet. Qui diuina naturaliqȝ pietate plenus eligis in nobis magis restituere per dita q̃ȝ percutere peritura. Et siquid aut negligẽtia polluit: aut ira cõmittit: aut stimulat




ebrietas:aut libido ſubuer-




tit: hoc domine clementi pa-




tientia ſuſtines: vt ante per gra




tiam purifices: q̃ ꝑcutias per



furorem. Et operis tui prouidus



plaſmator: eligis potius erige



re iacentia: q̃ punire damnan-




da. Te domine ſupplices de-




precamur: vt huius tabernacu



li receptaculum placatus aſpi-



cias: ꝛ altare tuuꝫ qđ inſectan-



tis eſt inimici fraude pollutuꝫ.




per infuſionem gratie celeſtis



purifices: purificatum poſſide




as: poſſeſſumqꝫ ne deinceps ali



qua labe ſordeſcat cuſtodias



Abſint in poſterū oēs nequitie



ſpirituales: ꝛ ꝓcul eliminentur



extinguant̄ antiqui ſerpentis



machinamentum ꝛ inuidia: et

cũ omnibus fraudibus suis dia-
boli turma procul pellatur. Effe
rat secũ maculá quaz ingessit:
& perhennibus quõq; supplicijs
deputandus: operũ suorũ se-
mina secum colligat peritura.
Nihil hic in posteruz noceat p
teriti culpa contagij. Nihil sit
quod remaneat inimici fraude
pollutũ: qñ quidez spũs tui est

infusione purgatuz. Resurgat
ecclesie tue pura simplicitas et
candor inocentie hactenus ma
culatus duz receperit gratiá re
surgat ad gloriam: vt populo-
rũ hic turba coueniés: dũ peti
tionis ingerit vota votoz suorũ
sentiat se obtinuisse suffragia.
Quod sequitur dicit plane legẽdo
ita tamen q a circumastantibus
audiri possit. Per dñm nrz iesuz
xpm filiũ tuuz: q tecuz viuit & re-
gnat in vnitate spiritus sancti de
us. Per omnia secula seculorum.
R. Amen. Post hec pontifex ac-
cepta mitra ascendit ad altare et

Pōtifex ascendit altare cū mitra ⁊ ichoat aña post quā dicit ps. Iudica.


ibi ichoat schola ꝓsequēte añaꝫ.



Introibo ad altare dei:ad



deum qui letificat iuuentutem



meam. Evovae. ps

Iudica me deus ⁊ discerne causam meaꝫ de gente non sancta:ab hoīe iniquo ⁊ doloso erue me.

Quia tu es deus fortitudo mea: quare me repulisti ⁊ quare tristis incedo:dum affligit me inimicus.

Emitte lucem tuam ⁊ veritateꝫ tuaꝫ:ipsa me deduxerunt ⁊ adduxerunt in montem sanctum tuū: ⁊ in tabernacula tua.

Et introibo ad altare dei:ad deūm qui letificat iuuentutem meā.

Cōfitebor tibi in cythara deus deus meus quare tristis es anima mea:⁊ quare conturbas me.

Spera in deo qm̄ adhuc confitebor illi: salutare vultus mei ⁊ deus meus. Et nō dicit Gloria patri. Sed añ. repetit. qua repetita pontifex deposita mitra dicit.

Pontifex stās sine mitra dicit orationem.

Oremus. Et ministri. Flectam⁹ genua: Leuate.

Deus qui in oī loco dñationis tue clemēs ac benign⁹ purificator assistis:exaudi nos q̄sumus ⁊ concede:vt in posterū inuiolabilis huius loci pmaneat consecratio:⁊ bñficia tui muneris vniuersitas sacte ecclesie que supplicat pcipere mereatur. per christū dominum nostrū. ℟. Amen. Deinde stans ibideꝫ inchoat schola prosequente añam.

Pontifex stās inchoat añ ⁊ dicitur tota cū ps sequēti.

Confirma hoc deus qd̄ operatus es in nobis:a templo sacto tuo:quod est in hierusalem. psal.

Exurgat deus ⁊ dissipentur inimici eius:⁊ fugiāt q oderūt eū a facie eius. Et dicit totus cum Gloria patri, ⁊ Sicut erat. put habet supra cū aña pdicta in fine benedictionis abbatis. Incepta añ. pontifex accipit mitram stans cū ea in dicto loco vsqꝫ ad finē ps. quo dicto pōtifex deposita mitra stans adhuc ibidē dicit.

ā. fo. lxxiij.

pōtifex stās cū mitra vsqꝫ ad finē ps.

Pōtifex sine mitra dicit oiones.

Deus qui ecclīā tuā (Orem⁹. de oībus mūdi finib⁹ cōgregatā:per tui lateris admirabile sacramentum:cunctarꝫ gentiū matrē esse dixisti:quā etiā populorū varietate depictā:sanctorꝫ martyrū meritis decorasti:purificare ⁊ recōciliare digneris hanc orationis domū ⁊ renoua in ea tue sanctificationis gratiaꝫ:⁊ diuini tui muneris ipartire largitatē:te etiam quesumus dñe:vt sanctorum tuorum opitulāte suffragio:hoc mūdare ⁊ purificare digneris altare:qd̄ eorꝫ te iuuāte exornat reliquijs:⁊ pia sup illud offerētium vota suscipias:atqꝫ hic postulatā tue miserationis abūdātiā largia


ris

ris:q viuis ꝛ regnas de⁹:p oia se
cula scl'oꝝ. ℟. Amen. Tũ põtifex
bñdicit pplo soléniter dicẽs. Sit
nomẽ dñi bñdictuꝫ ꝛc. Deinde si
velit parat se ad celebrãdum mis
sam. Sed si celebrare noluerit: fa
cit per aliquẽ sacerdotẽ solemni
ter missam celebrari. Introitus.


Põtifex bñdicit solẽni ter populo.

Dum sanctificatus fuero in
vo bis congregabo vos de
diuersis ter ris ꝛ effun
dam super vos aquã mun daꝫ
et mũdabimini ab omnibus
inquinamẽtis ve stris. ꝛ da
bo vobis spiritũ no uum.

℣. Benedicã dominũ in omni



tempore: semp laus eius in ore



meo. Gloria patri. Oratio.

Deus q dixisti: domus mea
domus orationis vocabi
tur: domũ istaꝫ ĩfideliũ spurcitijs
contaminatã: mundare ꝛ sanctifi
care digneris: ꝛ omniũ preces et
vota hoc in loco ad te clamantiũ
clementer exaudias ꝛ benigne su
scipias. Per dñꝫ ꝛc. Lectio libri
apocalypsis beati ioannis apl'i.


Apoc. xxi.

In diebus illis. Venit ange
lus ꝛ locutus est mecuꝫ di
cens. Veni ostendã tibi sponsam
agni. Et sustulit me in spũ ĩ mon
tem magnũ ꝛ altũ: ꝛ ostendit mi
hi ciuitatẽ sanctã hierusalẽ: descẽ
dentẽ de celo: habentẽ claritateꝫ
dei: ꝛ lumẽ eius simile lapidi pre
cioso: tanq̃ꝫ lapidis iaspidis: ꝛ si
cut cristallũ: ꝛ habebat murũ ma
gnũ ꝛ altũ: habentẽ portas duo
decim: ꝛ in portis angelos duo
deciꝫ: ꝛ nomina scripta: q̃ sunt no
mina duodeciꝫ tribuũ filiorũ isra
el: ab oriente porte tres: ꝛ ab au
stro porte tres: ꝛ muruꝫ ciuitatis
habentẽ fundamenta duodeciꝫ:
ꝛ in ipsis. xij. nomina apl'orũ ꝛ a
gni: ꝛ qui loquebat̃ mecuꝫ habe
bat mensurã arundineaꝫ aureaꝫ:
vt metiret̃ ciuitatẽ: ꝛ portas eius:
ꝛ murũ. Et ciuitas in quadro posi
ta est: ꝛ longitudo eius tanta est:

quanta est latitudo: et altitudo: et mensus est ciuitatē de arundine: per stadia .xxij. milia: longitudo et latitudo et altitudo eius equalia sunt: et mensus est muros eius. Cētumquadraginta quatuor cubitorū: mensura hominis q̄ est angeli: et erat structura muri eius ex lapide iaspide. Ipsa vero ciuitas auro mūdo simile vitro mundo. Fundamenta muri ciuitatis omni lapide p̄cioso ornata. Fundamētū p̄mū iaspis. Scd̄z saphirus. Tertiū calcidoni⁹. Quartuz smaragd⁹. Quītū sardoni⁹. Sextū sardi⁹. Septimū crisolit⁹. Octauū berillus. Nonū topati⁹. Decimū crisopassus. Undecimū iacict⁹. Duodecimū ametist⁹. Et duodeci porte .xij. margarite sunt p singulas: et singule porte erant ex singulis margaritis et platea ciuitatis auro mūdo tanq̄ȝ vitrū lucidū: et tēplū nō vidi in ea. Dn̄s eni de⁹ oipotēs tēplū illi⁹ ē et agn⁹. Hec ciuitas nō eget sole neq̄ȝ luna vt luceāt in ea: nā claritas dei illuminat eā et lucerna ei⁹ ē agn⁹: et ambulabūt gētes sup lumē eius: et reges terre afferēt gl'iā suā et honore in illā et porte ei⁹ nō claudenī p diē. Nox eni nō erit i ea. et afferēt gl'iā et honorē gētiū i illā. Nō itroibit in eā aliqd coinqnatū et faciēs abhoīationez et mēdaciū: nisi q scripti sūt i libro vite et agni. Grad.

Locus iste a deo factus est inextimabi le sacramen tū et irreprehēsibilis est. ℣. Deus cui astat angelorum cho rus exaudi pre ces seruo rū tuorum. Al le lu ia. ℣. Adorabo ad tēplū sanctū tu um et confitebor nomini tu o. Alle lu ia. ℣. Bene funda ta est do-







Secundum lucam. Cap. xix.


In illo tempore: Egressus iesus perambulabat hierico: et ecce vir nomine zacheus et hic erat princeps publicanorum: et ipse diues: et querebat videre iesum quis esset et non poterat pre turba: quia statura pusillus erat. Et precurrens ascendit in arborem sicho morum: vt videret illum: quia inde erat transiturus. Et cum venisset ad locum: suspiciens iesus vidit illum: et dixit ad eum: zachee festinans descende: quia hodie in domo tua oportet me manere. Et festinans descendit: et excepit illum gaudens. Et cum viderent omnes murmurabant dicentes: quod ad hominem peccatorem diuertisset. Stans autem zacheus dixit ad iesum. Ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus: et si quid aliquem defraudaui reddo quadruplum. Ait iesus ad eum: quia hodie salus huic domui facta est: eo quod et ipse filius sit abrahe. Venit enim filius hominis querere et saluum facere: quod perierat. Offerto.
















Secreta.

Hec hostia quesumus domine: et locum istum ab omnibus immunditijs expurget: et supplicationes nostras semper et vbique reddat tibi acceptas. Per dominum etc. Communio.







aperie tur. Postcõmunio.

PErcipientes domine munera salutis eterne: supplices exoramus: vt templũ hoc ꝛ cimiteriũ: infideliũ inquinamẽtis emũdatũ: bñdictione tua maneat sanctificatuz: ꝛ pectora nr̃a ab omni sorde vitiorũ alienata: tibi deuota semper existant. ¶ De reconciliatione cimiterij per se sine Ecclesie reconciliatione.




QUando cimiteriũ benedictũ violatuz seu pollutũ separatũ sit ab ecclesia: ꝛ propterea cimiterio violato seu polluto: ecclesia ipsa nõ habeat pro violata vel polluta: reconciliatio cimiterij fieri poterit quocũqz die hoc ordine. In mane dici qua reconciliatio fieri debebit: parantur in medio cimiterij faldistoriuz pro pontifice: ꝛ vas aque munde benedicende: ꝛ vas salis: deide hora conuenienti pontifex indutus in sacristia aut alio cõuenienti loco. Amictu: alba: cingulo: stola: pluuiali albi coloris ꝛ mitra simplici: baculũ pastoralez in manu tenens: accedit ad mediũ cimiterij: vbi supra faldistoriũ ornatum ꝓcumbit: ꝛ cantores ibidẽ incipiunt ꝛ prosequuntur letaniã: quã require supra in ordinatione subdiaconi: in qua cuz dictuz fuerit. Ut obsequiuz seruitutis nr̃e tibi rationabile facias. Te rogamus audi nos. Pontifex surgit cũ mitra: ꝛ baculũ pastoralẽ in manu sinistra tenens: ꝓducit signuz crucis super cimiteriuz dicens. Ut hoc cimiteriũ reconci ✠ liare digneris. ℞. Te rogamus audi nos. Scd̃o dicit. Ut hoc cimiteriũ reconci ✠ liare ꝛ scti ✠ ficare digneris. ℞. Te rogamus audi nos. Tertio dicit. Ut hoc cimiteriũ reconci ✠ liare: sancti ✠ ficare: ꝛ conse ✠ crare digneris. ℞. Te rogamus audi nos. Quibus dictis pontifex iteruz sup faldistoriũ ꝓcumbit cantoribus letaniã ꝑficientibus. Qua finita surgit põtifex ab accubitu ꝛ bñdicit ibi aquã simpliciter ꝓut habet̃ s̃. in bñdictiõe ꝛ ipositiõe primarij lapidis pro ecclia edificãda. Quo facto põtifex i eodẽ loco stãs sine mitra ichoat scola ꝓsequẽte aña3.


Ordo recõciliandi cymiteruz ecclesia.

Põtifex iterũ ꝓcũbit.

Finita letania põtifex surgit ꝛ bñdicit aquaz ꝛ stãs in eodez loco aq̃ bñdicta icipit añ. Asperges ꝛ dicit̃ tota ꝛ ps. Miserere totus sine Gloria.



Asperges me domine isopo



ps. Miserere mei deus: sm magnã misericordiã tuã. Et dicitur totus sine. Glia patri. Incepta añ pôtifex mitrã accipit: et dñ añ. et ps. predicti dicunt: circuit totuz cimiteriuz: icipiês ad eius dextraz: aspergens semp vbiqz aquã benedictã cũ aspersorio: et potissime in loco vbi pollutio vel violatio cômissa est. Quo peracto redit ad locũ vbi letania dicta fuit. Finito ps. predicto: et cimiterio vndiqz asperso pôtifex stãs ante faldistoriũ suũ deposita mitra dicit. Oremus. Et ministri. Flectamus genua: Leuate.

Omnipotês et misericors deus: qui sacerdotibus tuis tantaz pre ceteris gratiaz côtulisti: vt qcquid in tuo noie digne pfecteqz ab eis agitur a te fieri credat: qs îmensam clemêtiã tuã: vt qcquid modo visitaturi sumus visites: et quicqd benedicturi sumus bñdicas: sitqz ad nostre humilitatis introituz: sanctorũ tuorũ meritis fuga demonũ: et angeli pacis ingressus. Per christũ dominũ nostruz. R. Amen. Alia oro. Oremus. Ministri dicũt. Flectamus ge. Le.

Aufer a nobis quesumus dñe cũctas iniquitates nostras: vt ad sancta sanctorum puris mereamur mentibus introire. Per christum dominũ nostrũ. R. Amen. Alia oro. Oremus. Ministri dicũt. Flectamus genua: Leuate.

O redemptor. Eis igitur ordine premisso in p̄sbyteriū ecclesie cantādo versus p̄missos puenientibus: crux cū candelabris ꝛ incenso situant̄ prope altare iuxta cornu epistole. Archidiaconus diaconus ꝛ subdiaconus mistrātes: sint circa pontificē hinc ꝛ inde. Sacerdotes vero duodecim parati iuxta eos duo cornua faciunt: sex hinc ꝛ sex illinc vertentes faciez ad altare: a lateribus assistētes pōtifici tanq̄ȝ eius testes: ꝛ ministerij sacri chrismatis cooperatores. Diaconi vero post tergū pōtificis ꝛ post eos subdiaconi parati stāt tanq̄ȝ ministri ꝛ inspectores. Interim diaconi ampullas olei chrismalis: ꝛ olei cathecuminorū portātes: ꝛ subdiaconus cū balsamo se firmant: quousqȝ oēs predicti in suis locis fuerint ordinati. Oibus itaqȝ dispositis diaconus ampullā olei chrismalis ferens: venit ante pontificē ꝛ archidiaconus illā inuolutā cū mappula quā diaconus ipse circa colluz portauit de manu eius accipiens: eaȝ sic inuolutā ostendit pōtifici sedenti: ꝛ illā sup mensaȝ ante episcopū positā collocat diligenter: alio diacono ampullaȝ aliaȝ assidue inter brachia tenente. Tunc subdiaconus vasculū cū balsamo portans: illud tradit archidiacono qui balsamū pōtifici similiter ostendens: ipsuȝ supra mēsaȝ collocat. Tū pōtifex deposita mitra surgit: ꝛ versus ad altare: habēs ante se super mensaȝ ampullā olei chrismalis ꝛ balsamū: ante oīa benedicit ipsum balsamum dicens.

Ampulle ponūtur super mēsam paratam.

Pōtifex surgit ꝛ stās sine mitra cōuersus ad altare bēdicit balsamū

¶ Bn̄dictio balsami. ℣. Dn̄s vobiscū. ℟. Et cū spū tuo. Oremꝰ.

Deus ministeriorū celestiū ꝛ virtutū omniū preparator: n̄ras quesumus preces exaudi: ꝛ hāc odoriferā sicci corticis lachrymaȝ: que felicis virge profluēdo sudoreȝ sacerdotali nos opimat vnguento: acceptabileȝ tuis presta mysterijs: ꝛ concessa benedictione sancti ✠ fica. Per dn̄m ꝛc. ℟. Amen. Alia oratio. Oremus.

Creaturarū oium dn̄e precator: qui per moysen famulū tuū p̄mixtis herbis: aromatū fieri p̄cepisti sanctificationē vnguēti: clementiā tuā suppliciter deposcimus: vt huic vnguento qd̄ radix produxit stirpea: spiritualem gratiā largiendo plenitudinem sancti ✠ ficationis infundas. Sit nobis domine fidei hilaritate cōditum sit sacerdotalis vnguenti chrisma perpetuum: sit ad celeste vexillū impressione dignissimū: vt quicunqȝ baptismate sacro renati: isto fuerint liquore perūcti: corporū atqȝ animaruȝ benedictionē plenissimaȝ cōsequantur: ꝛ illi beate fidei collato munere perhenniter ampliētur. Per dominū ꝛc. ℟. Amen. Deinde accepta mitra stās adhuc pōtifex mi

scet super patenam: vel in aliquo
paruo vasculo balsamuz cuz mo/
dico olei: de ampulla chrismali sũ
O Remus dñm no/ pti dicẽs.
strũ oĩpotentẽ: qui incom/
prehensibilẽ filij sui: sibiqȝ coeter
ni diuinitatẽ: mirabili dispositio
ne vere humanitati inseparabili/
ter cõiũxit: ⁊ cooperante grã spi/
ritus sancti: oleo exultationis pre
participibus suis liniuit: vt homo
fraude diaboli perditus gemina
⁊ singulari cõstans materia per/
henni redderetˀ de qua exciderat
hereditati: quatenus hos ex di/
uersis creaturarũ speciebus liquo
res creatos: scẽ trinitatis perfe/
ctione be ✠ nedicat: ⁊ bñdicẽdo
sancti ✠ ficet: cõcedatqȝ vt simul
permixti vnũ fiant: ⁊ quicũqȝ ex/
terius inde perunctus fuerit: ita
interius liniatur qđ omnibus sor
dibus corporalis materie carẽs:
se participem regni celestis effici
gratuletur. Per eũdez dñm no/
strũ iesum xpm filiũ suũ: qui cũ eo
viuit ⁊ regnat in vnitate spiritus
sancti deus: per oĩa secula seculo/
ruz. Quo facto sedet põtifex retẽ
ta mitra: ⁊ halat plane tertio in
modũ crucis sup os ampulle chri/
smalis inuolute: ante eũ sup men
sam stantis. Deinde duodeciz sa/
cerdotes parati: q iuxta eũ sunt:
ordinatim facientes reuerentiaz
sacramento in altari posito ⁊ põ
tifici: ad mensaz predictã accedũt:
⁊ stantes ante eã singuli successi
ue eodẽ modo vt põtifex fecerat:
in modũ crucis super os ampulle
pdicte halant. Tuz reuerẽtiã vtsˉ
facientes: ad loca sua reuertunť.
Quo facto surgit põtifex ⁊ stans
cum mitra legendo dicit exorcis/
mum chrismalẽ: absolute dicens.

Pontifex stãs cũ mi/ tra exorci/ zat oleum chrismalez.

¶ Benedictio chrismatis.

E Xorcizo te creatura olei: p
deũ patrẽ oĩpotentẽ: qui fecit ce/
lũ ⁊ terram: mare: ⁊ oĩa que in eis
sunt: vt omnis virtus aduersarij:
oĩs exercitus diaboli: oĩsqȝ incur
sio: ⁊ omne fãtasma sathane era/
dicetur ⁊ effugetur a te: vt fiaȝ oĩ
bus qui ex te vngẽdi sunt: in ado
ptionẽ filiorũ per spiritũ sanctũ.
In nomine dei pa ✠ tris omni/
potẽtis: ⁊ in charitate iesu xpi
filij eius domini nostri: qui cũ eo
viuit ⁊ regnat deꝰ: in vnitate eius
dem spiritus sancti. Deinde de/
posita mitra extẽsis manibus an
te pectus dicit prefationem.

Pontifex stãs sine mi/ tra extensis manibꝰ anť pectus diċ prefationẽ.



cum spiritu tuo. ℣. Sursum cor-
da. ℟. Habemus ad dominũ.
℣. Gr̄as agam⁹ domino deo
nostro. ℟. Dignũ et iustũ est.
Vere dignũ et iustũ est equũ
ꝛ salutare. Nos tibi semper et
vbiqꝫ gratias agere. Domine
sancte pater omnipotẽs eterne
deus. Qui in principio inter
cetera bonitatis ꝛ pietatis
tue munera: terram producere
fructifera ligna iussisti: inter
que huius pinguissimi liquoris
ministre oliue nascerent̄: q̄ruꝫ
fructus sacro chrismati deserui
rent. Nã ꝛ dauid ꝓphetico spi-
ritu gratie tue sacramenta p̄no
scẽs: vultus nr̄os in oleo exila-
randos esse cãtauit. Et cũ mun
di crimina diluuio quondã ex-

piarent̃ effuso. similitudinē fu-
turi muneris columba demon-
strans p oliue ramū pacē terris
redditā nunciauit. Q̄d in nouis-
simis tēporib⁹ manifestis est ef-
fectibus declaratū cū baptis-
matis aquis omniuʒ criminuʒ
cōmissa delētibus: hec olei vn-
ctio vultus nr̄os iocundos effi-
cit ac serenos. Inde etiaʒ moy-
si famulo tuo mandatum dedi-
sti: vt aaron fratrem suū prius
aqua lotū per infusionē huius
vnguenti cōstitueret sacerdotē.
Accessit ad hoc amplior ho-
nor cum filius tuus Jesus xp̄s
dominus nr̄ lauari se a ioānes
vndis iordanicis exegisset.
vt spiritu sancto in columbe
similitudine desuper misso:



vnigenitum tuum in quo tibi


optime complacuisse testimo-

nio subsequentis vocis osten-


deres: et hoc illud esse manife-

stissime comprobares: qđ oleo

leticie pre consortibus suis

vngendū Dauid voce prophe


tica cecinisset. Te igitur pre-

camur domine sancte pater o-

mnipotens eterne deus. per eū

dem dominum nostrum iesum

christum filiū tuum. vt hui⁹ crea


ture pinguedinem sancti fi-


care tua benedictione digne-

ris et sancti spiritus ei admi-

scere virtutem. cooperante chri

sti filij tui potentia. a cuius no-

mine sancto chrisma nomen

accepit. vnde vnxisti sacer-

dotes. Reges. Prophetas et


martyres tuos: vt spiritua


lis lauacri baptismo renouan-



dis: creaturam chrismatis in



sacramentum perfecte salutis:


viteq; confirmes: vt sancti-


ficatione vnctionis infusa:


corruptione prime natiuita-



tis absorpta: sanctum vniuscu-


iusq; templuz: acceptabili vite



innocétie odore redolescat: vt



secundũ constitutionis tue sa-



cramentũ. Regio z sacerdota-



li: propheticoq; honore pfusi-


vestimento in corrupti mune-


ris induant: vt sit his qui rena


ti fuerint ex aqua z spiritu sctõ


chrisma salutis eosq; eterne


vite participes: z celestis re-


gni faciat esse consortes.

Quod sequitur dicit plane legen do: ita tamen q̃ a circũastantib⁹ audiri possit: Per eundez dominum nostrũ iesum christũ filium


Quod seq̃tur dic̃ plane. &c.

tuū: Qui tecum viuit ꝛ regnat in vnitate eiusdē spiritus sancti de⁹: Per oīa scl'a scloꝝ. ℟. Amē. Prefatione huiusmodi finita pōtifex balsamū cū illo modico oleo ex ampulla chrismali sūpto mixtum cōmiscet sctō chrismati reponens ipʒ in ampullā chrismalē ꝛ dicēs.

Pōtifex balsamū cū modico olei qđ bn̄dixit iponit in āpullā chrismali dicens. Hec cōmixtio.

Hec cōmixtio liquoꝝ fiat oībus ex ea perunctis ꝓpitiatio ꝛ custodia salutaris in secula scloꝝ. Tū diaconus qui ampullam chrismalē de sacristia portauit: deponit mappulā siue velum de ipā ampulla: dimissa ei sua serica veste alba: quā antea habebat ꝛ pōtifex capite inclinato salutat chrisma dicens.

Pōtifex capite inclinato salutat sāctū chrisma ꝛ hoc ter facit semꝑ eleuādo vocē



Aue sanctum chrisma.

Et hoc secūdo ꝛ tertio facit: semper altius dicendo: qđ postq̄ȝ tertio dixerit: osculat̄ labiū ampulle: quo facto sedet pontifex ꝛ accipit mitrā. Tū singuli duodeciʒ sacerdotes parati predicti accedūt successiue per ordinē ad mēsaʒ supra quā posita est ampulla chrismatis. ꝛ factis reuerentijs sacramēto in altari posito ꝛ pontifici: tertio in varia distantia genuflectunt corā ampulla qualibet vice semꝑ alti⁹ dicēdo in tono ꝑdicto.

Pōtifex accipit mitrā et sedet. Tūc. xij. sacerdotes singuli facta reuerentia sacramento ꝛ pontifici ter successiue genuflectūt ꝛ dicūt qualibet vice Aue sanctū chrisma



Aue sanctum chrisma.

Quo tertio dicto labiū ampulle reuerēter osculant̄: ꝛ ad sua loca reuertunt̄. quo peracto ampulla in vno latere mense ꝑdicte collocat̄. Et mox diaconus aliā ampullam: sua veste cooptā cū oleo cathecuminoꝝ ferēs: accedit ad presentiā pōtificis: ꝛ ampullā ipā sine mappula quā diacon⁹ ipse circa colluʒ retinet: tradit archidiacono: q illā suscipiēs: eā ōndit pōtifici: ꝛ collocat supra mēsam ꝑdictā: in medio ante pōtificē: super quā ampullam statim: tam ipse pōtifex q̄ȝ etiā duodecim presbyteri ꝑdicti: halēt: prout supra de ampulla chrismatis factuʒ ē. Quo facto pōtifex surgēs cū mitra: submissa voce legēdo absolute exorcismū olei cathecuminoꝝ: dicit.

Benedictio olei cathecuminoꝝ.

Pontifex stās cuʒ mitra. Exorcizat oleū cathecuminorum ꝛc.



Exorcizo te creatura olei: In nomine dei pa ✠ tris omnipotētis. Et in noīe iesu ✠ christi: ꝛ spiritus ✠ sancti: vt in hac iuocatione indiuidue trinitatis: atq; vnius virtute deitatis omnis nequissima virtus aduersarij: omnis inueterata malitia diaboli: omnis violenta incursio: omne confusum ꝛ cecū fantasma eradicet̄ ꝛ effuget̄ ꝛ discedat a te: vt diuinis sacramētis purificata fias in adoptionem carnis ꝛ spiritus. his qui ex te vngēdi sunt: in remissionē omniuʒ peccatoꝝ: vt efficiant̄ eoꝝ corpora ad omnem gratiam spiritualē

accipiēdam sanctificata. Per eū/dem dñm nostrū iesum xpm filiū suuz: q cū eo ⁊ eodē spū sancto viuit ⁊ regnat deus: per oia secula seculorū. Deinde deposita mitra pōtifex stās bñdicit dictū oleū cathecuminorum eadē voce dicēs.

Pōtifex deposita mitra dič orationem.

℣. Dominus vobiscum. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Deus incrementorū oium: ⁊ profectuū spiritualiū remunerator: qui in virtute spiritus scti: imbecillarū mentiū rudimenta confirmas: te oramus dñe: vt emittere digneris tuā bene✠dictionē super hoc oleū ⁊ venturis ad beate regenerationis lauacrū: tribuas per vnctionez huius creature purgationē mētis ⁊ corporis: vt si que illis aduersantiū spirituuz inhesere reliquie: vel macule: ad tactuz sanctificati olei huius abscedant: nullus spiritalibus neqtijs locus: nulla refugij sit facultas: nulla insidiantibus malis latendi licētia relinquat. Sed venientibus ad fidē seruis tuis: ⁊ sancti spiritus tui operatione mūdādis: sit vnctionis huius pparatio vtilis ad salutē: quā etiā per celestis regenerationis natiuitatē: in sacramēto sunt baptismatis adepturi. Per dñm nostrū iesuz christuz filiū tuū: qui venturus est iudicare viuos ⁊ mortuos: ⁊ seculū per ignē. ℟. Amē. Deide pōtifex ⁊ successiue duodeciz sacerdotes pdicti reuerēter salutāt oleū ipz: dicentes tertio in tono lectionis.

Pōtifex et xij. sacerdotes successiue salutant sanctū oleū ter pdicbet semp eleuādo vocez.



Aue sanctum oleum.


Et postq̃ tertio id fecerint: osculantur os ipsius ampulle: put supra de chrismate positū est. His itaqz peractis ambe ampulle per dictos duos diaconos eo ordine ⁊ decore quo delate fuerant: ad sacrariū siue sacristiā processionaliter reportentur. Interim dū reportantur: duo premissi cantores cantant hos versus.

Et p duos dyaconos eo ordine q fuerāt alate reportāt ad sacristā. Et dum reportant cātant infra scripta.




Ut nouetur sexus omnis vn/

Cantores.



ctione chrismatis: vt sanet sau



ciata dignitatis gloria.


Chorus.

Chorus replicat totum. ℣.


Tum dicti duo cantores psequūtur versuz.

O redemptor.

Cantores.



Lota mente sacro fonte aufu/



gantur crimina. uncta fronte

Chorus. sacro sacta infūdūt charismata

Chorus replicat. ℣.

Cantores. O redemptor. Deinde dicti duo cantores prosequunť. ℣.

O orde natus ex parentis aluum implens virginis pande vitam claude mortem. consecrato chrismate. Chor⁹ replicat. ℣.

Chorus. O redemptor.

Quo replicato dicti duo cātores prosequuntur versum.

Cantores. Sit hec dies festa nobis seculorū seculis. sit sacrata vera laude: nec senescat tēpore. Chor⁹ replicat. ℣.

O redemptor. Vetus autem chrisma ꝛ oleū cathecuminorū ac infirmorū: si quod remanserat: in ampullis ponitur in lampadibus ecclesie ante sacramentū vt cōburatur. Reliquuȝ auteȝ quod est in piridibus siue capsulis cū bombice igni comburiť: ꝛ nouū deinde cū noua bombice in piridibus siue capsulis imponiť. Interim dnī chrisma ꝛ oleū cathecuminoꝝ ad sacristiā portanť: pontifex sedens cū mitra lauat manus: deinde redit ad altare ꝛ ꝓsequitur missam: vt in missali habetur: ꝛ dicto. Ite missa est. dat benedictionē: ꝛ denuncianť indulgentie per eū cōcesse: quibus denunciatis pōtifex signat altare dicēs euangeliū sancti iohannis: ꝛ accedit ad faldistorium vbi iubet presbyteris attente vt iuxta canonuȝ traditionem chrisma ꝛ olea fideliter custodiāt ꝛ nulli sub pretextu medicine vel maleficij tradere ꝓsumāt. Alioqn honore priuētur. Postea sacras vestes deponit vsqȝ ad stolam: quā ꝛ oīa alia paramēta que sub ipsa stola habet retinet: ꝛ desup pluuiale violatiuȝ accipit. Diaconus vero q pōtifici in altari ministrauit: sacramētuȝ p crastina die cōsecratū: reponit ad locū cōueni

Vet⁹ oleuȝ si qd remā/sit in lāpadibus eccl'ie cōburať et reliquū qd remansit in piridib⁹ cū bonbi. e tergatur ꝛ cō/buratur.

Pōtifex cō/plet missaȝ ꝛ dat solen/neȝ benedictionem.

Dyaconus qui pōtifici in altari ministrauit reponit sacramētū p crastina die re/seruatū i loco ad hoc parato.

Interim parātur necessaria ad mādatū vt in textu habet.

entez ad hoc ordinatuz. Interim
parantur p sacristaz: aut aliuz ad
quez spectat: in loco cōueniēti et
consueto: p mādato fiendo. Cre
dentia cū mappa cōgruenti: sup
quaz ponuntur duo aut tria baci
lia: cū totidē bucalibus: vnuz ba
cile cū tredeciz mantilibus plica
tis: si pauperibus lauandi sunt pe
des. Alioquin si prius pauperib9
pedes loti fuerūt paret pro cano
nicis cū totidez mantilibuz quot
sunt canonici. Aliud bacile cū pe
cunijs: pauperibus lotis donan
dis: in monticulis separatim posi
tis si tunc lauādi sunt pedes pau
peruz. Lintheuz pōtifici loturo
cingendum. Uas aque calide ad
sufficiētiā. Uas aque frigide etiā
ad sufficientiam. Flores et herbe
odorifere p lauandis. Bacile cuz
bucali et mantili pro lotione ma
nuū pontificis. Thuribuluz cum
igne nauicella et incenso. Liber
euangeliorū. Liber p pōtifice ad
dicendū orationē post lotionez.
Duo cādelabra cū cereis ardenti
bus. Pulpitus p euāgelio decā
tando. Sedilia ordinata p lauan
dis. Faldistoriū p pōtifice. Qui
bus oibus paratis: et missa cū ve
speris cōpletis. Pōtifex paratus

Pōtifex paratur cū ministris accedit ad locū vbi lauādi sunt pedes et ibi sedet i faldistorio.

amictu alba: cingulo: stola et plu
uiali violatijs: ac mitra simplici:
cū canonicis et clero ecclesie sue: ac
diacono et subdiacono in eoꝝ ha
bitu: in quo in missa pontifici ser
uierunt ei assistentib9: pcedit ad
locū capitularez ecclesie: v. l aliū
cōsuetuz. In quo lauādi: siue sint
xiij. pauperes: siue canonici eccle
sie: put in aliquibus locis seruat:
stāt apud sedilia sibi parata. Pō
tifex autē in faldistorio in conue
nienti loco ibidē sibi ordinato se
det. Tū diaconus accedit cū thu
riferario ante pōtificē qui iponit
incensuz more cōsueto: deide idē
diaconus corā pontifice genufle
xus: medius inter duos cerofera
rios capitibus inclinatis stātes:
petit benedictionē: qua obtenta:
vadit ad locū vbi euangeliuz est
dicturus: precedentibus thurife
rario ceroferarijs et subdiacono
in eodē loco dicēs: signans: et thu
rificans more consueto. Euange
lium scdm iohannem.

Bñdicit pōtifex incensuz et ponit in thuribulo.

Diaconus petit bñdictionē et legit euangelium.

Ante diē festū pasce: sciens ie
sus quia venit hora eius etc. Ut in
missali. Interim pōtifex stat sine
mitra versus ad diaconū cantan
tez. Finito euangelio. Subdiaco
nus portat librū apertū pontifi
ci: q osculat illū: et incensatur mo
re cōsueto. Tū cātores incipiunt
et psequunt aiaz. Mandatū no
uū do vobis etc. Et alia prout in
missali habētur. pōtifex vero de
posito pluuiali precingit litheo
mūdo: et accepta mitra accedit ad
lauādos in suis sedilibus sedētes:
vbi a dextris eius sit scutifer. in si
nistra habens peluim: floribus et
herbis odoriferis ornatā: et i dex
tra bucale cū aqua calida. Un9 ca
pellanus bacile tenēs cū mappu
lis pro lotis tergēdis. Ali9 capel

Cātores incipiunt aiā. Mādatū et alias et pōtifex deposito pluuiali tenēs mitrā pcingit se et accedit ad lotionez pedum.

lan⁹ bacile tenēs cū pecunijs pauperib⁹ lotis donādis. Tū pontifex genuflex⁹ cū mitra: lauat vnicuiqꝫ pedē dextrum: quē deinde mappula mūda tergit: ⁊ osculať. ⁊ si lot⁹ pauꝑ est: mappulam ipsā cū pecunijs ad volūtatē ipsi⁹ pōtificis in elemosynā dat ipsi loto. Si vero loti sint canonici: eis neqꝫ mappula neqꝫ pecunie daťur. Lotis omnibus pōtifex surgit: reuertiť ad faldistoriū suū: deponiť ei lintheus: sedet cuꝫ mitra lauat manus ⁊ tergit. tū surgit: imponitur sibi pluuiale violaceū ꝑdictū: ⁊ detecto capite: dicit voce itelligibili. Pater nr̄. Qd̄ secrete complet. Deinde dicit. ℣. Et ne nos iducas in tēptationē. ℟. Sed libera nos a malo. ℣. Tu mādasti mādata tua dn̄e. ℟. Custodiri nimis. ℣. Tu lauasti pedes discipulor tuor. ℟. Opa manuū tuar ne despicias. ℣. Dn̄e exaudi orōnē meā. ℟. Et clamor me⁹ ad te veniat. ℣. Dn̄s vobiscū. ℟. Et cum spiritu tuo. Oremus.

Adesto dn̄e q̄sum⁹ officio seruitutis nr̄e: ⁊ qꝛ tu discipulis tuis pedes lauare dignat⁹ es: ne despicias opa manuū tuar q̄ nobis retinēda mādasti: vt sicut hic a nobis exteriora abluūť inqnamēta: sic a te oium nr̄m interiora lauenť pctā: qd̄ ip̄e p̄stare digneris: Qui viuis ⁊ regnas de⁹: p oia scl̄a scl̄orū. ℟. Amē. ¶ In aliquo⁹ ecclijs expedita lotioe pedū archidiacon⁹ idut⁹ tunica: acolit⁹ cū thurribulo ⁊ icēso ⁊ duo ceroferarij capl̄ꝫ itrāt: ⁊ ep̄s incēsū cū signo crucis thurribulo iponit. Tūc archidiacon⁹ legit solēnit euāgeliū. Ante diē festū pasche sicut in eccl̄ia legi solet. Quo finito sedēs ꝓseqť textū euāgelij ipi⁹ q̄si lcōnē legēs ɔtinuo vsqꝫ ibi Surgite eam⁹ hic. Amor de ipso loco surgētes ꝓgūt i refectoriū ordinate: ⁊ ibi bibunt. Et archidiacon⁹ ꝓseqť euageliū vsqꝫ ibi. Ut dilecto q̄ dilexit me i ipsis sit: ⁊ ego i ipsis. Post hec pōtifex dicit. Sit nomē. Adiutoriū. Dn̄e exaudi. Dn̄s vobiscum. Orem⁹ orō. Adesto q̄sum⁹ dn̄e officio seruitutis nr̄e vt̄s. Quo facto oēs discedūt. ¶ De officio ferie sexte i parasceue.



Feria sexta i parasceue hora sexta pontifex cū ministris ⁊ clericis itrat eccl̄iā: ⁊ ꝓstrati añ altare dicūt septē p̄s pniales cū orone. Respice q̄s dn̄e ⁊c. ⁊ diu ibi orat: ⁊ postea igrediť vestiariū ⁊ ibi dicit. iij. ⁊. vj. ⁊. ix. Et iteriꝫ ministri extēdūt vnā mappā sup nudū altare: deinde parať pōtifex cū mistris ornamētis dici cōgruētib⁹ ⁊ discalciat⁹ ꝓcedit ad altare absqꝫ lumie turribulo ⁊ absqꝫ solēnitate ꝓcessiōis portādo solū librū euāgelior. Et pueniēs ad altare diuci⁹ ibi sup faldistoriū ꝓstrat⁹ orat. Postea surgit ɔfessionē nō facit nec aliqd dicit: sꝫ deosculato altari dicit sub silentio hanc orōnem. Oremus. Oratio.

Si lauandi sunt canonici nō dantur eis mappule nec pecunie.

Pōtifex lauat manus ⁊ reassumit pluuiale et stās sine mitra dicit pater nr̄ et. ℣ ⁊ oratione.

Omissuꝫ in pontificali nouo sed ex pontificali dn̄i Gauel. sunt ourātis appositū.

Deus qui pctī veteris hȩreditariā mortē in qua posteritatis oē genus successerat dñi nostri iesu xp̄i passione soluisti: da vt ꝯformes eidē facto: vt q imaginē terreniqꝫ parētis nature necessitate portauimus: ita imaginē celestis gratie sanctificatione portemus eiusdē vnigeniti filij dñi nr̄i iesu xp̄i: Qui tecū ꝛ cū spū sancto viuit ꝛ regnat ꝛc. Et statiꝫ post sedet i sede sua sibi parata ꝛ legitur sine titulo lectio in tribulatione Qua lecta cantātur lenta voce a duob⁹ sacerdotib⁹. Tract⁹. Domine audiui. cū suis versib⁹. Quo finito pōtifex ad altare reuersus dicit. Oremus. Et diacon⁹. Flectam⁹ genua. Leuate. Oro. Deus a quo ꝛ iudas. vt in missali. Deinde reuertit ad sedē ꝛ legit alia lectio sine titulo. Qua finita cātat lēta voce ab alijs duob⁹ p̄sbyteris. Tract⁹. Eripe me. cū suis v̄sib⁹. Quo finito fit sermo ad populū. Deindē diaconus facta solū reuerētia bn̄dictiōe nō petita procedit cū euāgeliario sine faculis icensis ꝛ cruce ꝛ sup nudū pulpitū incipit simil'r legere. Passio dñi nr̄i iesu christi s̄m ioānem. Et nullo aliqd sibi rn̄dente legit dicēs. In illo tēpore: Egressus est iesus trāstorētē ꝛc. Et in qbusdaꝫ ecclesijs due mappe plicate tunc super altare ponantur vna videlicet super dextruꝫ ꝛ altera super sinistrum latus altaris. Et cū diaconus dicit Partiti sunt vestimenta mea sibi. Tunc duo clerici positi ad latera altaris mappas ipsas capiūt vnusquisqꝫ suā. Passione igit̄ expleta pōtifex dicit orōnes solitas. Oremus dilectissimi. ꝛ alias quaꝝ cōclusionibus rn̄det. Amē. nisi quādo oratur pro iudeis pfidis ꝛ paganis: ꝛ ad oēs orōnes diaconus p̄mittit. Flectamus genua. Leuate. nisi in orōne pro perfidis iudeis. His oib⁹ expletis pontifex deposita tātū casula procedit ad posterius cornu altaris dextrū: ꝛ ibi accipit crucē velatā sibi a ministris preparatā: quā versa facie ad chorum reuelat paꝝ a sumitate eius incipiens solus antiphonā.



Ecce li gnū cru cis in quo [Chorus]
sa lus mundi pepen dit:
Venite a do remus.

Dicto ab epō

Dicto ab epo. Ecce lignū crucis. chor⁹ residuū sequtur añ. Et cū dixerint Venite adorem⁹ oēs. Flectant genua. Postea pcedit pōtifex ad anterius dextrū cornu altaris: ⁊ ibi reuellat amplius crucē ⁊ eleuās paulisp illā simul ⁊ vocē altius q̄ prius icipit iterum añt.

Pōtifex pcedit ad alteri⁹ cornu altaris et ibi crucem eleuat ⁊ reuellat cātando altius añ. Ecce.



Choro cantāte ⁊ oibus genuflectentib⁹ vt̄s. Deinde pcedit pōtifex ante mediū altaris ⁊ ibi reuellās crucē totalr̄ ac elleuās eā simul ⁊ vocē pax ampli⁹ incipit tertio.

Eps in medio altaris totā crucez reuellās incipit altius añt. Ecce.



Choro sequēte ⁊ cātante añt. ⁊ oibus genuflectētib⁹ vt̄s. Post hec deponit crucē in loco ad hoc ante altare preparato: ⁊ ipse prim⁹ ⁊ post eū imediate ⁊ successiue ministri accedūt ad adorādā crucez flectētes ter genua ante deosculationē eius. Quo facto redeūt ad sacristiā ⁊ ibi resumūt calciamenta ⁊ casulā dicētes iteri si voluerit ps. Dn̄s de⁹ salu. ps. Iudica me deus ⁊ discerne. ps. Exaudi de⁹ orōnem meā ⁊ ne despexeris. ps. Quare fremuerūt. ps. De⁹ laudē. ps. Deus deus me⁹ respice. ps. Saluū me fac deus qm̄ itrauerūt. ps. Miserere mei de⁹ miserere mei. ps. Beat⁹ qui itelligit.

In adoratione crucis eps et ministri ter genua flectant.

Hos ps quere in psalterio.

Pater nr̄. Orō. Respice q̄sum⁹ dn̄e. Interim chor⁹ ⁊ ppls simul modo adorāt ⁊ osculant̄ crucem. Et dū hec fiūt cātātur improperia. Popule me⁹. ⁊ alia videl; vnus v. a duob⁹ vni⁹ chori ⁊ ali⁹ a duobus alterius chori choro rn̄dēte ad finē cuiuslibet. v. Parasti crucē. Deide illi q̄tuor qui dictos versus cātauerūt cātāt Agyos ⁊c. tribus vicibus in qualibet vocē eleuādo. Et chorus simulr̄ sub eisdē vocibus cātat ter. Sanctus deus. Sctūs fortis. Sanctus ⁊ imortalis. Et qualibet voce clerus ⁊ populus genuflectūt. Reliqua oīa fiunt vt habent̄ in missali romano.

De officio sabbati sancti.



Sabbato sancto hora sexta opiunt̄ altaria ⁊ dicta sexta ignis nou⁹ excutitur de christalo vel silice ⁊ accēdit̄ deide dicit̄ nona qua dicta pōtifex vel aliqs sacerdos idutus oibus p̄ter casulā stās ante mediū altaris cū ministris ⁊ cruce aqua bn̄dicta ⁊ incēso ⁊ carbonibus ex igne nouo accēsis bn̄dicit nouū ignē dicēs. Dn̄s vobiscū. Oremus. Orō. Deus qui per filiū tuū angularez. ⁊c. Orō. Dn̄e sancte pater lumē idefiiciēs. Orō. Dn̄e scte pr̄ oipotēs eterne deus bn̄dicētibus ⁊c. Reqūre in missali. Deinde bn̄dicit qnq; grana thuris ifigēda in cereo bn̄dicēdo dicens absolute. Veniat q̄sum⁹ oipotēs deus sup hoc icēsū. ⁊c. Re

Ignis nou⁹ excutitur ⁊ bn̄dicitur.

Incēsū benedicitur.

grein missali. Et dñ icensū bñdi
cit acolitus ponit in thurribulo
de pdcis carbonib⁹ Et bñdictiōe
incēsi finita pōtifex vel sacerdos
ignē bñdictū aq̄ bñdicta aspgit:
⁊ posito icēso in thurribulo ado
let dictū ignē: ⁊ iteꝝ oia lūinaria
eccle extinguūt. Deide diacon⁹
dalmatica idut⁹ ferēs euāgeliū
accepta a pōtifice bñdictione cū
subdiacono portāte in sumitate
arūdinis vel baculi retorti ad si/
militudinē serpētis triplicē cāde
lā nouo igne illuminatā ⁊ dicta
q̄nq̄ grana incēsi bñdicti: ⁊ cū a
colito thurribulū ferrēte accedit
ad cerei bñdictionē: prius tñ stās
in gradib⁹ q sunt ante altare cla
mat ter alta voce in tono lcōnis.
Lumē xpi vocē q̄libet vice exaltā
do: ⁊ chor⁹ semp rñdet. Deo gra
tias. Deinde ad pulpitū ornatū
ascendunt ⁊ thurificato libro dia
conus incipit absolute.



Exultet iam angelica turba
celoꝝ ⁊c. put habes in mi
sali in officio hui⁹ diei subdiaco
no ad dexterā eius stāte. Dū autē
cere⁹ bñdicit pōtifex dicta nona
calciat̄ scandalis violaceis: dicē/
do. ps. Quā dilecta: reqre folio
cxxvij ⁊ calciat⁹ iduit̄ ornatu q̄dra
gesimali. Finita aūt bñdictione
cerei pōtifex cū oibus egredit̄ e
sacrario pcedēte cū subdiacono
cū cruce ⁊ alio subdiacono cū e/
uāgelio ⁊ alijs ministris more so
lito pcessionaliter pcedit ad alta
re cū silētio. Et facta reuerētia di
cit pontifex secrete orationem se
quentem Oremus. Oratio.

Deus q diuitias misericordie
tue in hac pcipue nocte largiris
propitiare vniuerso ordini sacer
dotalis offitij: et oēs famulat⁹ no
stri pfecta delictoꝝ remissione sā
ctifica: vt ministraturos regene/
ratrici grē tue nulli esse obnoxi/
os patiaris offense. Per dñz. ℞.
Amē. Qua dicta ad sedēdū vadit
⁊ pphetie legunt̄ sine titulo: tra
ctus cantant̄ ⁊ orōnes dicuntur
prout habet̄ in missali in officio
pñtis diei. Dicto autē vltimo tra
ctu scilz Sicut ceru⁹ oratione.

Omnipotēs sempiterne de⁹
respice propiti⁹ ad deuotio
nē ppli tui renascētis: q sicut cer/
uus aquaꝝ expetit fontē: ⁊ pcede
propiti⁹: vt fidei ipsius sitis bapti
smatis ministerio aiam corpusq̄
sctificet: Per dñz. ℞. Amē. Tūc
cathetizant̄ ifantes baptizādi p
aliquē sacerdotē. ¶ Facto cathe
cismo procedit̄ ad beneditionē
fontiū hoc modo. ¶ Duo enim
cantores cum pluuialibus seu ca
pis incipiūt corā altari letaniam.
quā reqre s. fo. x. qua incepta icli/

nātes se corā altari inde cū cruce cereis ⁊ thuribulo cātādo letaniam descendūt ad fontes: processione sequēte ⁊ prosequūtur letaniā vsq; ad Propitius esto Deinde bñdicunt fontes. Ascēdens ⁊ enim pōtifex gradus q sunt ante fontes factoq; silētio dicit. Dñs vobiscū. Oremus. Oratio. Omnipotēs sempiterne deus adesto magnis ⁊c. vt in missali. Postea extēsis manibus ante pect⁹ dicit pphatione vt i missali.



Benedictione fontiū cōpleta pōtifex secedit paululū in secretario iuxta fontē. Et paratus prout moris est igrediat ad fontes: ⁊ presentatis sibi infantibus primo per sacerdotē cathetizatis interrogat primū offerrentem. Quis vocaris? ⁊ prosequitur formam solitam baptizandi. Et baptizat pontifex tres successiue archipresbytero ecclie reliquos baptizāte vel alio vt moris est. Omnibus his expletis cātores incipiunt. ℟. Cantemus domino gloriose: ⁊ sic cantādo redeūt ad chorum eo ordine quo venerunt finito. ℟. resumunt Letaniā scilicet Propiti⁹ esto et eā prosequūtur vsq; ad kyrieleison. exclusiue. Et interim pontifex ⁊ ministri ad vestiarium redeuntes solenniter induuntur. Letania aūt finita cātores solēniter icipiūt kyrieleison. Quo incepto pontifex ad altare accedit cum ministris cruce cereis thuribulo ⁊ euāgelio ⁊ facit more solito confessionē: ⁊ incensat altare. Quo incensato ascēdit ad sedē. Et finito kyrieleison pontifex deuotissime dicit Gloria i excelsis deo. Et tunc campane pulsantur ⁊ prosequitur in missa vt habetur in missali vsq; in finem.

¶ Ordo ad concilium prouinciale seu sinodum celebrandum.



Conciliū prouinciale seu sinod⁹ celebratur hoc modo sacerdotes ⁊ clerici vniuersi qui ad concilium prouinciale seu sinodū de iure vel consuetudine venire tenentur. conueniūt in ciuitate vel alio loco prout pontifex ordinauerit. Prima autem die cōcilij seu sinodi: mane conueniūt in ecclesia in qua debet cōciliū seu sinodus celebrari: vbi pōtifex missā audit. Qua finita parat faldistoriū ante medium altaris iuxta inferiorē gradum per quem ad altare ascēditur: ⁊ alia sedes in plano altaris. poterit tamē faldistoriū suo tempore loco secunde sedis cum tempus erit poni. Pōtifex vero amictu: stola: pluuiali rubeis: ⁊

mitra p̄ciosa iduit: q̄bus parat⁹: baculū pastoralē manu ferēs: accedit corā altari. Diacono ⁊ subdiacono paratis rubeis seu tpi cōueniētib⁹ ornamētis: ac si in missa seruire deberēt: ipsuz hinc ⁊ inde associātib⁹: ⁊ ibi ante faldistoriū sibi paratū gēuflex⁹ deposita mitra icipit schola p̄seq̄uēte aīt







Exau di nos dn̄e quoniā beni-



gna est misericordia tua secūdū



multitudinē miserationū tuarū



respice nos dn̄e. E v o v a e. p̄s.

Dicta aīa sequit̄ p̄s.

Saluū me fac de⁹ q̄m itrauerūt aque: vsq3 ad aīaz meā.

Infixus sum in limo profundi: ⁊ non est substantia.

Veni in altitudinem maris: ⁊ tēpestas dimersit me.

Laboraui clamans rauce facte sunt fauces mee: defecerunt oculi mei dum spero in deuz meum.

Multiplicati sunt sup capillos capitis mei: q oderūt me gratis.

Cōfortati sunt qui p̄secuti sunt me inimici mei iniuste: que nō rapui tunc exoluebam.

Deus tu scis isipiētiā meā ⁊ delicta mea a te nō sunt abscondita.

Non erubescant in me qui expectant te dn̄e: dn̄e virtutum.

Non cōfundātur super me: qui querunt te deus israel.

Qm̄ p̄pter te sustinui obprobrium: operuit cōfusio faciē meam.

Extraneus fact⁹ sū fribus meis: ⁊ peregrin⁹ filijs matris mee.

Quoniā zelus domus tue comedit me: ⁊ obprobria exprobrātiū tibi ceciderunt super me.

Et operui in ieiunio aīaz meā: ⁊ factū est in obprobriū mihi.

Et posui vestimētū meū ciliciū: ⁊ factus sum illis in parabolam.

Aduersuz me loquebant̄ qui sedebant i porta: ⁊ in me psallebāt qui bibebant vinum.

Ego vero orationem meā ad te dn̄e: tempus beneplaciti deus.

In multitudine mīsicordie tue exaudi me: in veritate salutis tue.

Eripe me de luto vt nō infigar: libera me ab his qui oderūt me: ⁊ de profundis aquarum.

Nō me demergat tēpestas aque: neq3 absorbeat me p̄fundū: neq3 vrgeat sup me puteus os suum.


Exaudi me dn̄e qm̄ benigna est

misericordia tua: scdm multitudinē miserationū tuarum respice i me.
Et ne auertas faciē tuam a puero tuo: quoniam tribulor velociter exaudi me.
Intende aie mee et libera eam propter inimicos meos eripe me.
Tu scis improperiū meū et cōfusionem meā: et reuerentiam meam.
In conspectu tuo sunt oēs qui tribulant me: improperium expectauit cor meum et miseriam.
Et sustinui qui simul contristaretur et non fuit: et qui consolaretur et non inueni.
Et dederunt in escam meam fel: et in siti mea potauerunt me aceto.
Fiat mēsa eorum corā ipsis i laqueum: et in retributiōes et i scādalū.
Obscurent oculi eorum ne videāt: et dorsum eorum semper icurua.
Effunde super eos iram tuam: et furor ire tue comprehendat eos.
Fiat habitatio eorum deserta: et in tabernaculis eorum non sit qui inhabitet.
Quoniam quem tu percusisti persecuti sunt: et super dolorem vulnerum meorum addiderunt.
Appone iniquitatem super iniquitatem eorum: et non intrent in iusticiam tuam.
Deleantur de libro viuentium: et cum iustis non scribantur.
Ego sum pauper et dolens: salus tua deus suscepit me.
Laudabo nomē dei cū cātico: et magnificabo eum in laude.
Et placebit deo sup vitulū nouellū: cornua pducētē et vngulas.
Videant pauperes et letent: querite deum et viuet aīa vestra.
Quoniā exaudiuit pauperes dominus: et vinctos suos nō despexit.
Laudent illum celi et terra: mare et omnia reptilia in eis.
Quoniā deus saluam faciet syō: et edificabuntur ciuitates iude.
Et inhabitabunt ibi: et hereditate acquirent eam.
Et semē seruorum eius possidebit eā: et q diligūt nomē eius hitabūt in ea. Glia pri. Sicut erat. Deinde repetit an. Incepto psalo pōtifex sedet et accipit mitrā: sic manēs quousqz ps finiat et ai. repetat: q repetita: dposita mitra surgit et stās versus ad altare dicit. Incepto ps pontifex sedet cum mitra.

Adsum⁹ dñe scē spūs adsum⁹ pcti qdē imanitate dtēti sz i noie tuo spālr aggregati: veni ad nos et esto nobiscū et dignare illabi in cordib⁹ nrīs: doce nos qd agam⁹ quo gradiamur: et oñde qd efficere debeam⁹: vt te auxiliāte tibi in oib⁹ placere valeam⁹: esto salus et suggestor et effector iuditiorum nrorū: q sol⁹ cū deo pre et filio nomē possides gliosū. Nō nos patiaris pturbatores esse iustitie: q sūmā diligis eqtatē: vt i sinistrū nos nō ignorātia trahat: nō fauor inflectat: nō acceptio muneris vel psone corrūpat: sz iūge tibi nos efficaciter soli⁹ tue grē dono: vt sim⁹ i te vnū: et i nullo deuiem⁹ a vero: qten⁹ i noie tuo allecti sic i cūctis teneam⁹ cū moderamine pietatis

iuſtitiã: vt ⁊ hic a te in nullo diſſẽ
tiat ſentẽtia nr̃a: ⁊ in futuro pro
bñ geſtis ꝯſequamur p̃mia ſempi
terna. ℟. Amen. Oremus.
Omnipotẽs ſempiterne deꝰ:
q̃ miſericordia tua nos icolumes
in hoc loco ſpecialr̃ aggregaſti:
mẽtes nr̃as q̃ſumꝰ paraclytꝰ: qui
a te ꝓcedit illuminet: ⁊ iducat in
oẽm ſicut tuꝰ ꝓmiſit filiꝰ veritatẽ:
cũctoſq; in tua fide ⁊ caritate cor
roboret vt excitati a temporali ſy
nodo ꝑficiamꝰ ad eterne felicita
tis augmẽtũ. Per eundẽ dñz no
ſtrũ ieſum xp̃m filiũ tuũ. Qui tecũ
viuit ⁊ regnat in vnitate ſpiritus
ſancti deus: per oia ſecula ſeculo
ruz. ℟. Amẽ. Finita oratione põ
tifex accepta mitra procumbit ſu
pra faldiſtoriũ predictuz. Alijs oi
bus genuaflectentibus: ⁊ canto
res dicunt letaniaz prout habet̃
ſ. fo. l x. Et poſtq̃ dictũ fuerit. Ut
obſequiũ ſeruitutis noſtre tibi ra
tionabile facias. Te rogamus au
di nos. Põtifex ſurgit ⁊ baculũ
paſtoralẽ in ſiniſtra tenẽs ſtans
verſus ad ꝯciliũ ſeu ſynodũ dicit.
Ut hoc preſens cõciliũ ſeu hanc
preſẽtẽ ſynodũ viſitare: diſpone
re: ⁊ bñ ✠ dicere digneris. ℟. Te
rogamꝰ audi nos. Producens ſi
gnũ crucis pariter ſup oẽs: quo
facto iterũ accũbit: cãtoribꝰ Leta
niã ꝑficiẽtibꝰ: Qua dicta ſurgũt
oẽs ⁊ põtifex depoſita mitra di
cit ſtãs ꝟſus ad altare. Oremꝰ. Et
miniſtri. Flectamus ge. Le.
Da queſumꝰ eccl'ie tue miſeri
cors deꝰ: vt ſpũ ſcõ cõgregata: ſe
cura tibi deuotiõe ſeruire merea
tur. Per dñm nr̃m ieſuz xp̃m ⁊c.
Et rñdetur ab oibꝰ. Amẽ. Dein
de põtifex accepta mitra aſcendit
ad ſedẽ ſibi paratã in plano alta
ris: ita vt in ea ſedẽs dorſum ſuuz
vertat ad altare. Et iponit icẽſuz
in thuribulũ ⁊ benedicit more ſo
lito diaconꝰ dalmatica idutꝰ ꝑce
dẽtibꝰ thuriferario ⁊ duobꝰ cero
ferarijs: ⁊ ſubdiacono tunicella i
duto paramẽtis tp̃i ꝯueniẽtibꝰ:
ſeu rubeis. Bñdictione accepta a
põtifice cãtat i loco ꝯueniẽti. Euã
In illo tp̃e: Sõ geliũ ſꝫ lucã.
Conuocatis ieſus duodecim apo
ſtolis: dedit illis virtutẽ ⁊ poteſta
tẽ ſup oia demonia: ⁊ vt languo
res curarent: ⁊ miſit illos predica
re regnũ dei: ⁊ ſanare infirmos: ⁊
ait ad illos. Nihil tuleritis in via:
neq; virgã: neq; perã: neq; panẽ
neq; pecuniã: neq; duas tunicas
habeatis. Et in quãcũq; domũ in
traueritis ibi manete: ⁊ inde ne ex
eatis. Et qcũq; nõ receperit vos:
exeũtes de ciuitate illa: etiã pulue
rẽ pedũ veſtrorũ excutite in teſti
moniũ ſup illos. Egreſſi autẽ cir
cuibant per caſtella: euãgelizãtes
⁊ curãtes vbiq;. Quo finito liber
euãgeliorũ aptus per ſubdiaconũ
portat̃ põtifici: p̃ cũ oſculãdꝰ q̃ ⁊
deinde icẽſat̃. Quo facto põtifex
ipſe an̄ ſedẽ ſuã p̃dictam depoſita
mitra verſus ad altare: ac alij oẽs
in locis ſuis genuflectunt. Tam
põtifex ſic genuflexus: incipit cã

tando schola ꝓsequente hymnū.



Ueni creator spiritus.

Et dicit tot⁹ ꝑut habet̃ s.fo. Finito p̄mo v̄su pōtifex surgit: stās versus ad altare sine mitra vsq; ad finē hymni. similr oēs alij cū pōtifice surgūt. Expleto hymno oēs sedēt in silētio: ꝛ pōtifex accepta mitra sedēs in sede p̄dicta supra in plano altaris posita eos si placet in hanc sentētiā alloqtur.

Finito p̄io v̄sus hymno oēs sīlēt ꝛ pōtifex sedet in eadē sede cū mitra ꝛ alloqtur cōsiliū.

Uenerabiles cōsacerdotes: ꝛ frēs nr̄i dilectissimi. Missis dn̄o p̄cib⁹ oportet vt ea que de diuinis officijs vel sacris ordinib⁹ aut etiā de vestris morib⁹ ꝛ necessitatib⁹ ecclīasticis: a nobis cōferēda sūt: cū charitate ꝛ bēignitate vn⁹ qsq; vestrū suscipiat: summaq; reuerētia quātū valet dn̄o adiuuāte pficiat: vel que emēdatiōe digna sūt: oī deuotiōe vnusqsq; fidelr studeat emēdare: ꝛ is cui forte qd̄ dicet̃ aut aget̃ displiceat: sine aliquo scrupulo cōtētionis: palā corā oib⁹ cōferat: quatenus deo mediāte: ꝛ hoc ad optimū statū pueniat: ita vt neq; discordās cōtētio ad subuersionez iusticie locū iueniat. neq; iter̃ in pquirēda veritate vigor vestri ordis vel sollicitudo tepescat. Post allocutionē huiusmodi vel prius prout magis placuerit pontifici: fit per aliquem virum doctū idoneum sermo: in quo tractatur de disciplina ecclesiastica.

Fit sermo solennis.



De diuinis mysterijs ꝛ de correctiōe mor̃ in cler̃: scd̄z ea q̄ pōtifici videbunt̃. Et mox post sermonē: q̄rele si que sint audiuntur. Postremo caritatiue monētur oēs: qd̄ durāte concilio seu sinodo ipsa honeste se habeāt: i domib⁹ ꝛ extra: ita q̄ eor̃ ꝯuersatio ceteris sit merito in exēplū. Quo facto surgit pōtifex ꝛ solēniter oibus bn̄dicit dicēs. Sit nomen dn̄i bn̄dictum ꝛc. more ꝯsueto: q̄ data discedunt oēs. ¶ Scd̄a die ꝯueniētib⁹ iter̃ oib⁹ in ecclīa: finita missa pōtifex parat⁹ vt̄s ꝓcedit corā altari. Diacono ꝛ subdiacono patis vt̄s ip̄z associātib⁹ ꝛ ibi i faldistorio añ mediū atari; iuxta iferiorē gradū sibi pato gēuflex⁹ deposita mitra ichoat schola ꝓsequēte añt.

Secunda die pōtifex cū ministris parat⁹ vt i p̄ma die añ mediū altaris gēuflexus sup faldistoriuz icboat añt. Propitius.




Propitius esto peccatis no-



stris domine nequando di-



cant gen tes vbi est deus eo-



rum. E v o v a e. ps.

Adiuua nos deus salutaris nr̃: ⁊ propter gloriaꝫ nominis tui domine libera nos: ⁊ propitius esto peccatis nostris propter nomen tuum.

Ne forte dicant in gẽtibus vbi est deus eoruꝫ: ⁊ innotescat in nationibus coram oculis nostris.

Ultio sanguinis seruorũ tuoruꝫ qui effusus est: introeat in cõspectu tuo gemitus compeditoruꝫ.

Secundũ magnitudinẽ brachij tui: posside filios mortificatoruꝫ.

Et redde vicinis nostris septuplũ in sinu eorum: improperium ipsorũ quod exprobrauerit dñe.

Nos aũt populus tuus et oues pascue tue: ꝯfitebimur tibi in sclꝫ.

In generatione ⁊ generationẽ annunciabimus laudem tuam.

Gloria pr̃i. Sicut erat. Deinde repetiť aña. Incepto psalmo põtifex sedet ⁊ accipit mitraꝫ: sic manens quousqꝫ psalmus finiať: ⁊ antiphona repetať: qua repetita: deposita mitra surgit: ⁊ stans versus ad altare dicit. Oremus.

Põtifex sedet cuꝫ mitra donec aña ⁊ ps cantenť repetiť post ps aña.

Põtifex sine mitra stãs dĩc orationẽ versus ad altare.

Nostrorũ tibi dñe curuantes genua cordiũ quesumus vt bonũ qđ in nobis a te reqriť exequamur: scilꝫ vt prõpta tecũ sollicitudine gradiẽtes: discretiõis ordine subtile iudiciũ faciamus: ac misericordiã diligẽtes: clareamus studijs tibi placite actionis. Per dñm nr̃m iesuꝫ xp̃m. Oremus.

Mentibus nostris q̃sumus dñe spiritũ sanctũ benign⁹ īfunde: quatenus in noie tuo collecti: sic in cunctis teneamus cuꝫ moderamine pietatis iusticiã: vt hica te in nullo dissentiat voluntas nostra: sed semꝑ rationabilia meditantes: q̃ tibi sunt placita: ⁊ ⁊ dictis exequamur ⁊ factis. Per dominũ nostrũ ⁊c. R. Amẽ. Alia oratio. Oremus. Et ministri dicunt. Flectamus genua: Leuãte.

Deus qui nos iusticiã loqui: ⁊ que recta sunt ꝑcipis iudicare: tribue nobis vt neqꝫ iniquitas in ore: neqꝫ prauitas inueniatur in mente: vt puro cordi purior sermo consentiat: ostendatur in opere iusticia: neqꝫ appareat dolus in lingua: sed ex corde veritas ꝓferať. Per dñꝫ ⁊c. R. Amẽ.

Post hec põtifex accepta mitra: ascendit ad planũ altaris sedens in sede seu faldistorio ibideꝫ sibi parato. Tũ accedit diaconus cuꝫ thuriferario ⁊ põtifex imponit incensum deinde diacono benedicit: q procedit ad locuꝫ consuetuꝫ cantat euangeliũ: signat ⁊ incensat vt heri. Pontifice ante sedem predictã sine mitra versus ad diaconũ stante. Euangeliũ sm lucã.

Põtifex ascendit ad planũ altaris ⁊ ibi sedet in sede sibi parata ⁊ bñdicit incẽsuꝫ ⁊ dyaconũ qui legit euãgeliuꝫ stãte epo sine mitra ꝑ sus euangelium.

Cap. x.

In illo tẽpore: Designauit iesus ⁊ alios septuaginta duos: ⁊ misit illos binos ante facieꝫ suã: in omnẽ ciuitatẽ ⁊ locũ: quo erat ipse venturus. Et dicebat illis. Messis quidẽ multa: operarij autem pauci. Rogate ergo dominuꝫ messis: vt mittat operarios

in messem suaz. Jte. Ecce ego mitto vos sicut agnos inter lupos. Nolite portare sacculũ: neqz peram: neqz calciamenta: ꝛ neminẽ per viaz salutaueritis. In quãcũqz domũ intraueritis: primũ dicite. Pax huic domui. Et si ibi fuerit filius pacis: requiescet sup illũ pax vestra. Sin autez: ad vos reuertetur. In eadẽ autẽ domo manete: edentes ꝛ bibentes q̃ apud illos sunt. Dignus est enim operarius mercede sua. Nolite transire de domo in domũ ꝛ in quamcunqz ciuitatez intraueritis: ꝛ susceperint vos manducate que apponunt vobis ꝛ curate infirmos: qui in illa sunt: ꝛ dicite illis. Appropinquabit in vos regnũ dei. Quo finito ꝛ per pontificẽ libro osculato: ꝛ ipso incensato. Pontifex sine mitra ante sedez predictaz: versus ad altare ac alijs omnibus in suis locis genuflexis incipit schola prosequente hymnũ.

Finito euãgelio pontifex genuflexus cũ alijs icipit hymnum. Ueni creator ꝛc.



Ueni creator spiritus.

Et dicitur totus put habetur supra in ordinatione p̃sbyteri: quẽ schola prosequit̃ vt in primo die. Finito p̃mo versu pontifex surgit: stans versus ad altare: detecto capite vsqz ad finẽ hymni. Similiter modo faciunt oẽs alij. Expleto hymno: omnes sedent in silentio. Tũc põtifex sedẽs in sede p̃dicta cuz mitra. Conciliuz seu synodũ his verbis alloquitur si velit.

S. fol. xix.

Finito hymno ep̃s sedens cũ mitra cõciliuz alloquitur.

Uenerabiles et dilectissimi fratres nostri: oportet vt sicut hesterna die amonuimus benignaz mansuetudinẽ vestraz de diuinis officijs: ꝛ sacris altaris gradibus: aut etiaz de moribus vestris ꝛ necessitatibus ecclesiasticis: quecũqz renouanda vel emẽdanda sunt: caritas oiuz vr̃z vbicũqz nouerit aliqua emendatione cõdigna: in mediũ pferre non ambigat: vt per vestre charitatis studiuz diuino largiẽte subsidio: ad optimuz perueniat statuz: ad laudẽ nois iesu christi dñi nostri. Post allocutionez huiusmodi: vel prius si magis placet pontifici: fit sermo per aliquez doctũ idoneuz: in quo iteruz tractet̃ de disciplina eccliastica: ꝛ alijs qb⁹ põtifici videbit̃. Quo finito legunt̃ ꝯstitutiões p cõciliũ seu synoduz approbãde: qb⁹ lectis hito scrutinio: que placẽt p p̃res ꝯfirmant̃. His pactis põtifex surgit bñdicit oib⁹ solẽniter vt heri. Deide oẽs discedũt. ¶ Die tertia ꝓcessione facta in ecclia. Finita missa põtifex parat⁹ vt heri: assistẽtib⁹ sibi diacono ꝛ subdiacono paratis: genuflexus in faldistorio iuxta inferiorẽ gradũ ante mediũ altaris sibi parato: deposita mitra icipit schola prosequente añam. Exaudi nos dñe: qm̃ bẽigna ẽ misericordia tua: s̃z multitudinẽ misationũ tuar̃ respice nos dñe. Saluũ me fac deus qm̃ intrauerunt aque: vsqz ad animam meã. Ps. Et dicit̃ totus put ha

Põtifex oibus solẽniter bñdicit

Tertio die oĩa fiunt sicut in p̃mo.

betur supra in primo die. Deinde repetit' añ. Incepto psal'o pōtifex sedet ⁊ accipit mitram: sic manēs quousq; ps finiat': ⁊ aña repetat': qua repetita deposita mitra: surgit ⁊ stās v'sus ad altare dic. Orē


Ad te dñe īterni clamo (m⁹. ris vocib⁹ ꝓclamātes īmaniter postulamus: vt respectu tue grē solidati p̄cones virtutis efficiamur ītrepidi: tuūq; valeamus verbū cū oī fiducia loq. Per dñz nr̄m iesum xp̄m ⁊c. Orem⁹.

Omnipotēs sempiterne de⁹: qui sacro verbi tui oraculo ꝓmisisti. vbi duo vel tres ī noīe tuo cōgregati essent: te mediū fore. adesto propitius cetui nostro: ⁊ cor nr̄m illumina misericors deus: vt a bono misericordie tue nullatenus oberremus: sed rectū iustitie tue tramitē in oībus teneamus. Per dñm nostrū iesum christū filium tuū ⁊c. ℟. Amen. Alia oro. Oremus. Et ministri dicunt. Flectamus genua: Leuate.

Deus qui populis indulgentia consulis: ⁊ amore dominaris: da eis spiritum sapientie tue: quibus dedisti regimē discipline: vt de profectu sc̄ta℞ ouiū: fiāt gaudia eterna pastorū. Per dñm nostrū iesuz xp̄m filiū tuū: Qui tecū viuit ⁊ regnat in vnitate spiritus sancti deus: per omnia secula seculo℞. ℟. Amen. Post hec pōtifex accepta mitra: ascēdit ad planuz altaris: sedens in sede seu in faldistorio ibidē sibi parato. Tū accedit diacon⁹ cū thuriferario: ⁊ pōtifex īponit īcēsū. Deinde bñdicit diacono: qui ꝓcedit ad locū ꝯsuetū: cātat euāgeliū signat ⁊ incēsat vt heri. Pōtifice ante sedem p̄dictā sine mitra versus ad diaconū stāte. Euāgeliū s̄m matheū.

Cantat euāgeliū sequēs sicut in alijs diebus.

In illo tēpore. Respiciēs iesus in discipulos suos dixit simoni petro. Si peccauerit ī te frater tuus: vade ⁊ corripe eū inter te ⁊ ipsū solū. Si te audierit: lucratus eris fratrē tuū. Si autē te non audierit: adhibe tecū adhuc vnum vel duos: vt in ore duo℞ vel triū testiū stet omne verbū. Qđ si nō audierit eos: dic ecclie. Si aūt ecclesiā nō audierit: sit tibi sicut ethnicus ⁊ publican⁹. Amē dico vobis. Quecūq; alligaueritis super terrā: erūt ligata ⁊ in celo. Et quecunq; solueritis sup terrā: erunt soluta ⁊ in celo. Iterū dico vobis: q2 si duo ex vobis cōsenserint super terrā: de omni re quācūq; petierint: fiet illis a p̄re meo qui ī celis est. Ubi eniz sunt duo vel tres cōgregati in noīe meo: ibi sum in medio eo℞. Tūc accedēs ad eum petr⁹ dixit. Dñe quotiēs peccauerit in me frater meus ⁊ dimittam ei: vsq; septies? Dixit illi iesus. Nō dico tibi vsq; septies: sed vsq; septuagies septies. Quo finito ⁊ p̄ pōtificē libro osculato: ⁊ ipso incēsato. Pōtifex sine mitra añ sedē p̄dictā v'sus ad altare: ac alijs oībus in locis suis genuflexis: incipit schola prosequēte hymnuz.



V eni creator spiritus.

Et dicitur totus: prout habetur supra in ordinatione presbyteri. Finito primo versu. Pōtifex surgit stās versus ad altare: detecto capite vsqz ad finē hymni. Simili modo faciunt oēs alij. Expleto hymno oēs sedēt in silētio. Tūc pōtifex sedēs in sede p̄dicta cū mitra. Cōciliū seu synodū his verbis alloquitur si velit. Poterit tñ huiusmodi allocutionez obmittere: ꝛ q̄ eius loco si placebit: p aliquē doctū idoneū de his que in allocutione continentur: ꝛ alijs oportunis sermo fiat cōmittere.

Deus qui salutis eterne beate marie virginitate fecūda humano generi p̃mia p̃stiisti: tribue q̃sum⁹ vt ipsā pro nobis intercedere sentiam⁹: p quā meruim⁹ auctorē vite suscipe: dñm nřm iesuz xpz filiū tuū. Qui tecū. In die Ad scdas vš. ad magnificat añt:

Magnum. Reliqua oia vtš. in p̃mis vesperis.

¶ In vigilia epiphie dñi añt. Ante luciferum. Hy⁹.

Hostis herodes ipie. Ad mĝt añt.

Magi videntes. Oratio.

Deus qui hodierna die vnigenitū tuū gētibus stella duce reuelasti: concede propiti⁹: vt qui iā te ex fide cognouim⁹: vsq3 ad contemplandā speciē tue celsitudinis perducamur. Per eundem. In die ad magnificat añt.

Tribus miraculis. Reliqua oia vt š. i vigilia. ¶ Sabbato

sacto cõpleta epl'a põtifex itonat.

Alle lu ia. Et ter decantet illud sẽper exaltãdo vocẽ. Ad magt aña

Vespere autem. Oratio

Spiritũ nobis dñe tue caritatis isũde: vt quos sacramẽtis paschalib⁹ saciasti: tua facias pietate cõcordes. Per dñm nr̃z iesũ xp̃m filiũ tuũ: Qui tecũ viuit τ regnat in vnitate eiusdẽ spũs sãcti de⁹. ¶ In festo resurrectiõis dñi ad vs añt.

Angelus autem. Ad mgt añt.

Et respicientes. Oratio.

Deus q hodierna die p vnigenitũ tuũ eternitatis nobis aditũ deuicta morte reserasti vota nr̃a que preueniendo aspiras etiã adiuuãdo psequere: Per eũdẽ. ¶ In vigilia ascẽsionis dñi ad vs añ.

Viri galile i. Hymn⁹.

Iesu nostra redẽptio. Ad mgt añt.

Pater. Oratio.

Concede q̃sum⁹ oĩpotẽs de⁹: vt qui hodierna die vnigenitũ tuũ redẽptorẽ nr̃m ad celos ascẽdisse credim⁹: ipsi quoqz mẽte in celestib⁹ habitem⁹: Per eũdẽ. ¶ In die ascẽsiõis dñi ad vs ad mgt añ.

O rex glorie.

Reliqua oĩa vt i vigilia. ¶ In vigilia pẽthecostes ad vespe. añt.

Dum complerentur. Hy⁹.

Veni creator spiritus. Ad mgt añt.

Non vos relinquam. Oratio.

De⁹ q hodierna die corda fideliũ sãcti spũs illustratione docuisti: da nobis in eodẽ spũ recta sapere: τ de ei⁹ semp ꝯsolatione gaudere: Per dominũ nr̃z τc.

¶ In die sctõ penth. ad mgt añt.

Hodie completi sunt.

Reliqua omnia vt in vigilia.

¶ In vigilia festi corpis xp̄i ad vš añ.

Sacerdos in eternum. Hy⁹.

Pāge lingua gloriosi. Ad mḡt añ.

O q̄ suaūis. Oratio.

Deus qui nobis sub sacramē to mirabili passionis tue me moriā reliquisti: tribue quesum⁹: ita nos corpis ⁊ sanguinis tui sa cra misteria venerari: vt redēptio nis tue fructū in nobis iugiter sen tiamus. Qui viuis. In scd̄is vš. ad mḡt añ.

O sa. crū cōuiuiū.

Reliq̄ oīa vt in p̄mis vš. ¶ In vi gilia purificationis beate marie ad vš añ.

O admirabile. Hymn⁹.

Aue maris stella. Ad mḡt añ.

Se nex puerum. Oratio.

Omnipotēs sempiterne de⁹ maiestatē tuā supplices exoram⁹: vt sicut vnigenitus filius tuus ho dierna die cū nr̄e carnis substātia in tēplo est p̄sentatus: ita nos fa cias purificatis tibi mētib⁹ p̄sen tari: Per eūdē. Ad scd̄as vš añ.

Simeon iustus. Ad mḡt añ.

Hodie beata virgo maria. Re liq̄ oīa vt in p̄mis vš. ¶ In annū tiatiōe btē marie ad p̄mas vš. añ.


Missus est. Hym. Aue ma ris stella. vt in purificatione. Ad mḡt añ.

Spiritus sanctus. Oratio.

Deus q de btē marie virginis vtero verbū tuū angelo nū tiāte carnē suscipe voluisti: presta supplicib⁹ tuis: vt q vere eā geni tricē dei credim⁹: ei⁹ apud te īter cessionib⁹ adiuuemur. Per eun dē. Ad scd̄as vespas ad mḡt añ.

Gabriel angelus. Reliq̄ oīa vt s̄.

¶ In vigilia natiuitatis io annis bapti ste ad vš añ. Ipse preibit. hy⁹.




Ut queát laxis resonare fibris.




Ad mgt añt. Ingresso zacharia. Oro.


Deus q p̄senté dié honorabilé nobis in beati ioánis natiuitate fecisti: da pplis tuis spūalium grām gaudioꝝ: ꝛ oium fideliū mētes dirige ī viā salutis eterne: Per dñm. Ad scđas vš añt.




Elisabet. Ad mgt añt.



Puer q nat⁹ est. Reliq oia vt̄s in primis vš. In festo aplo rū petri ꝛ pauli ad vš. añt.




Petr⁹ ꝛ ioánes. hy⁹



Aurea luce et decore roseo.

Ad mgt añt. Tu es pastor. Oratio.

Deus q hodiernā dié aploꝝ tuoꝝ petri ꝛ pauli martyrio cōsecrasti: da ecclie tue eoꝝ in oibus seq p̄ceptuꝫ: per quos religionis sumpsit exordiū. Per dominum. In scđis vesperis añt.




Iurauit domin⁹. Hy⁹. vt̄s Ad mgt añ.



Hodie simon petrus. Oro vt̄s.

¶ In vigilia assūptionis bte marie ī vš añt.



Assumpta est maria. Hymn⁹. Aue maris stella vt̄s in purificatione. Ad magt añt.



Virgo prudentissima. Oratio.

Famuloꝝ tuoꝝ q̄sumus dñe delictis ignosce: vt qui tibi placere de actib⁹ nr̄is nō valem⁹: genitricis filij tui dñi nr̄i iesu xp̄i ītercessiōe saluemur. Per eūdeꝫ. Ad secūdas vespas ad mgt añt.



Hodie mari a virgo. Reliqua oia vt̄s ī p̄mis vš.

In vigilia natiuitatis bté marie ad vš añt.



Natiuitas gloriose. Hymn⁹. Aue maris stella. vt in purificatiōe eiusdé. Ad mgt añt.




Glorio se virginis. Oratio.

Famulis tuis q̃sumus dñe celestis gratie munus impertire: vt qbus btē virginis partus extitit salutis exordiũ: natiuitatis eius votiua solemnitas pacis tribuat incrementũ. Per dñm. Ad secundas vespas ad magt añt.




Nati uitas tua. Reliq̃ oia vts̃

¶ In festo sci michaelis archãgeli ad p̃mas vs̃ añt.



Stetit angelus. hy⁹



Tibi xp̃e splẽdor p̃ris. Ad mg̃t añt.




Dum sacrum. Oratio.


DEus q miro ordine angelorũ ministeria hominũq3 dispẽsas: cõcede ppiti⁹: vt qbus tibi ministrãtib⁹ in celo semp assistitur: ab his in terra vita nr̃a muniat. Per dñz. Ad scdas vs̃. Ad mg̃t añt.




Priceps glorio sissime. Reliqua oia vts̃ in primis vs̃ ¶ In festo oium sanctoꝝ ad primas vs̃ añt.



Vidi turbam magnam. Hym.



Xp̃e redẽptor oiuz. Ad magt añ.




Angeli archangeli. Oratio.

OMnipotẽs sẽpiterne de⁹: q nos oium scõꝝ tuoꝝ merita sub vna tribuisti celebritate venerari: q̃sum⁹: vt desideratã nobis tue propitiatiõis abũdãtiã multiplicatis intercessorib⁹ largiaris. Per do. Ad scdas vs̃ ad mg̃t añt.



O q̃ gloriosum. Reliqua omnia vts̃ in p̃mis vs̃. ¶ In anniuersario dedicatiõis ecclesie ad primas vs̃ añt.



Domũ tuam. hym.

Urbs beata hierusalẽ. Ad mg̃t añt.

Sanctificauit dominus. Oro.

DEus q nobis p singulos annos huius sancti tẽpli tui cõsecrationis reparas diem: ⁊ sacris semp mysterijs representas icolumes: exaudi p̃ces populi tui: ⁊ presta: vt qsqs hoc tẽplũ bñficia petiturus igredit: cũcta se ipetrasse

letet. Per dñm. Ad sedas vš ad migt aiit.

O qš metuẽdus. Reliq oia vts in pmis vš. De missa pōtificali pōtifice solēniter celebrāte.

Ministri q assistere debēt epo celebraturo.



Pontifici missas solēniter celebraturo hos ministros adesse oportet pmū diaconū & subdiaconū & capellanū assistentē: q esse debet vnus e digniorib⁹ capituli si sit in eccl'ia sua pōtifex: si nō: vnus e digniorib⁹ sue familie: q assistēs vocat hic expert⁹ esse dz i celebratiōe missar: & idut⁹ suppellicio & pluuiali: ministrare dz missalē librū: iuenire orōnes & alia que sūt oportuna: osṅdēdo semp pōtifici digito suo qd sit dictur⁹: vel ipsū clam secreta voce monēdo. Aliū capellanū q cū pōtifex in sede stās aliqd dicturus erit librū supra caput sustinet: cui assistēs capellan⁹ stās ad sinistrā manū pōtificis suppattēdit pōtifici q dictur⁹ est digito osṅdēs: & cū op⁹ fuerit folia vertēs. Cū āt pōtifex erit apud altare: assistēs stat apud eū semp in exteriori pte altaris officiū suū vt pfert adiplēs. Adsint etiā qtuor aut sex alij capellani suppellicijs iduti: q seruiāt in reb⁹ oportunis: & vn⁹ ali⁹ cū pluuiali p baculo pastorali si pōtifex sit i eccl'ia sua. Sit pterea ppe altare i loco ɔueniēti: & si cōmodū sit: a sinistro cornu altaris paratū faldistoriū: idest epalis sedes: & non pcul ab ea mensa vna p credētia: supra quā sit mappa mūda: & duo cādelabra cū luminarib⁹ ardētib⁹. Mitra: annulus pōtificalis: cyrothece: sādalia cū caligis: & baculus pastoralis: si pōtifex sit in sua ciuitate vel diocesi. Calix cū corpali & palla & mappulis suis: Hostiaria cuz hostijs. Ampulle cū vino & aqua. Thuribulū cū nauicella: incēso & cocleari. Vasa duo argētea in cornibus mense vasa ad abluendū manus cū mantilibus: et duo aut tres ex honorabiliorib⁹ familiarib⁹ laicis ministrāt in credētia semp stātes: nisi qñ est genuflectēdū. Sup altari vo in medio si pōtifex ppe altare sit parād⁹: ordinanẽ suo ordine. Amict⁹: alba: cingulū crux pectoralis: stola: tunicella. Dalmatica. Planeta & manipulus: & i dextro p diacono: & sinistro cornib⁹ altaris p subdiacono paramēta ɔsueta. Si vero pōtifex i sacristia aut alio loco sit vestiēdus: ibidem poterūt huiusmodi paramēta ordinari. Hora cōpetēti pōtifex cappa lanea pōtificali q plati i romana curia in capella pape vti ɔsueuerūt idutus: capellano caudā illi⁹ post eū deferēte venit ad eccl'iā: & accedēs añ altare genuflexus ibidē orans dicit.

A sinistro cornu altaris idest epistole portatur sedes p epo & credētia ibi ppe cum necessarijs ad missam.

Epo venit ad ecclia cū cappa lāea cui⁹ caudā capellanus defert & genuflex⁹ añ altare dicit. Introibo &c.

Introibo in domū tuam: in holocaustis reddā tibi vota mea: que distinxerunt labia mea. Deinde vadit ad locum vbi consue-

Pōtifex se/det in sede sua ꝛ mini/stri parant.

uit accipe paramēta: inibi sedens in parata sibi sede: aliquantulum qescit. Interim vel ante diacon⁹ ꝛ subdiaconus accipiunt paramē ta sua oia: p̄ter manipulū quē su mūt postq̄ȝ est paratus pontifex: q si sit in eccl'ia sua: aliq ex canoni cis ꝛ alijs sacerdotib⁹. Pluuiali/bus tēpori cōgruētib⁹ induti de bēt ei assistere. Capellani oēs tūc induūt se superpellicijs: ꝛ assistēs ac alius de baculo pastorali serui ens pluuialib⁹ qbus idutis si est in eccl'ia surgit pontifex ꝛ ad alta re versus stās detecto capite di/cit secrete. Pater nr̄. Deinde cō/petēti voce cantādo ꝛ a frōte ad pectus signū crucis p̄ducēdo di cit. Deus in adiutoriū meū intē de. Chorus rn̄det. Dn̄e ad adiu uandū me festina. ꝛ dicunt Ter/tie vel alie hore tēpori ꝯueniētes.

Epo stās si ne mitra ici pit tertiaȝ.

Interim parat̄ pōtifex oib⁹ orna mentis pro missa vt moris est: di cto versiculo horaꝝ ipsarū ponti fex idutus oib⁹ paramētis dem/pta planeta: cuius loco pluuiale accipit tēpori cōueniens assistēti bus sibi duobus ceroferarijs stās versus ad altare dicit. Dn̄s vo/biscū. ꝛ orationē horis cōgruētē. ꝛ in fine replicat. Dn̄s vobiscuȝ tū dicto. Bn̄dicamus dn̄o. Depo sito pluuiali accipit planetā et ac cedit ad altare. Incepto aūt psal mo horaꝝ p̄dictaꝝ sedet pōtifex:

Pōtifex pa rat̄ oib⁹ pa ramētis ex/cepta plane ta in cuius loco accipit pluuiale et dicit oratio ne tertie se/suo ad alta re.

Cū vero i sacristia aut alibi extra ecclā parat̄. indutis ministris ꝛ capellanis subdiaconus paratus

Ordo parā di epi i sa/cristia vl' ali bi.

ambab⁹ manib⁹ vsqȝ ad faciē ele uatis caligas ꝛ sandalia velo te/cta portat ad pōtificē. Tūc capel lani oēs genuflexi fimbrias cap/pe pōtificis circūcirca tenēt. ꝛ sub tus genuflectit vnus ex cubicula rijs pōtificis qui quotidiana cal/ciamēta pōtifici exuit: ꝛ adiuuāte subdiacono q caligas ꝛ sandalia portauit. pōtifici caligas ꝛ sanda lia induit pōtifex interim sedens cū capellano assistente a sinistris suis genuflexo ꝛ librū leuāte ꝛ al/ternatim secū legēte dicit an̄am.

Caligę ꝛ sā dalia pōtifi ci imponun tur.

Ne reminiscaris domine de/licta nostra: vel parentū no strorū neqȝ vindictam sumas de p̄ctis nr̄is. Deinde prosequitur sequentes psalmos.

Quam dilecta tabernacula tua domine virtutum: cōcupiscit ꝛ deficit anima mea in atria dn̄i.

Cor meum ꝛ caro mea: exultaue runt in deum viuum.

Etenim passer inuenit sibi do/mum: ꝛ turtur nidum vbi repo/nat pullos suos.

Altaria tua domine virtutum rex meus ꝛ deus meus.

Beati qui habitāt in domo tua dn̄e: in secula sc'loꝝ laudabūt te.

Beatus vir cui⁹ est auxiliū abs te ascensiones in corde suo dispo/suit in valle lachrymarum: in lo/co quem posuit.

Etenim benedictiones dabit le gislator: ibunt de virtute in vir/tutem: videbitur deus deorum in syon.

Domine deus virtutum exaudi orationem meam: auribus percipe deus iacob.
Protector noster aspice deus: et respice in faciem christi tui.
Quia melior est dies vna i atrijs tuis: super milia.
Elegi abiectus esse in domo dei mei: magisq habitare in tabernaculis peccatorum.
Quia misericordiam et veritatem diligit deus: gratiam et gloriã dabit dominus.
Non priuabit bonis eos q ambulant in inocentia: domine virtutũ beatus homo qui sperat in te. Gloria pñi. Sicut erat. Aliꝰ ps.
Benedixisti domine terram tuam: auertisti captiuitatem iacob.
Remisisti iniquitatẽ plebis tue: operuisti oia peccata eorum.
Mitigasti oẽm iram tuã: auertisti ab ira indignationis tue.
Conuerte nos deus salutaris noster: et auerte iram tuam a nobis.
Nunquid in eternum irasceris nobis: aut extendes iram tuam a generatione in generationem.
Deus tu conuersus viuificabis nos: et plebs tua letabitur in te.
Ostende nobis domine misericordiam tuam: et salutare tuũ da nobis.
Audiam quid loquatur in me dominus deus: quoniam loquetur pacem in plebem suam.
Et super sanctos suos: et in eos qui conuertuntur ad cor.
Verũtamen prope timentes eũ salutare ipsius: vt inhabitet gloria in terra nostra.
Misericordia et veritas obuiauerunt sibi iusticia: et pax osculate sunt.
Veritas de terra orta est: et iusticia de celo prosperit.
Etenim dominꝰ dabit benignitatem: et terra nostra dabit fructum suum.
Iusticia ante eum ambulabit et ponet in via gressus suos. Gloria patri. Sicut erat. Alius ps.
Inclina domine aurem tuam et exaudi me: quoniam inops et pauper sum ego.
Custodi animam meam quoniam sanctus sum: saluum fac seruũ tuum deus meus sperantẽ in te.
Miserere mei domine quoniam ad te clamaui tota die: letifica animam serui tui: quoniam ad te domine animam meam leuaui.
Quoniã tu domine suauis et mitis et multe misericordie: omnibꝰ inuocantibus te.
Auribꝰ percipe orationẽ meã: et itẽde voci deprecatiõis mee.
In die tribulationis mee clamaui ad te: quia exaudisti me.
Non est similis tui in dijs domine: et non est ſm opera tua.
Omnes gentes quascunq fecisti: venient: et adorabunt coram te domine: et glorificabunt nomen tuum.
Quoniam magnus es tu et faciens mirabilia: tu es deus solus.

Deduc me domine in via tua ꝛ ingrediar in veritate tua: letet̃ coꝛ meũ ꝛ timeat nomen tuum.
Cófiteboꝛ tibi domine deus me us in toto coꝛde meo: ꝛ gloꝛificabo nomen tuum in eternum.
Quia miſicoꝛdia tua magna eſt ſuper me: ꝛ eruiſti animam meam ex inferno inferioꝛi.
Deus iniqui inſurrexerunt ſuper me: ꝛ ſynagoga potẽtium queſierunt animam meam: ꝛ non pꝛopoſuerunt te in conſpectu ſuo.
Et tu domine deus miſeratoꝛ ꝛ miſericoꝛs: patiens ꝛ multe miſericoꝛdie ꝛ verax.
Reſpice in me ꝛ miſerere mei da imperium tuum puero tuo: ꝛ ſaluum fac filium ancille tue.
Fac mecum ſignum in bonum vt videant qui oderunt me ꝛ confundantur: quoniam tu domine adiuuiſti me ꝛ conſolatus es me.
Glia pꝛi. Sicut erat. Alius ps.
Credidi pꝛopter quod locutus ſum: ego autem humiliatus ſum nimis.
Ego dixi in exceſſu meo: omnis homo mendax.
Quid retribuam dño: pꝛo omnibus que retribuit mihi.
Calicem ſalutaris accipiam: ꝛ nomen domini inuocabo.
Vota mea domino reddam coram omni populo eius: pꝛecioſa in cõſpectu dñi moꝛs ſctoꝛũ eius.
O dñe qꝛ ego ſeruus tuus: ego ſeruus tuus ꝛ filius ancille tue.
Dirupiſti vincula mea tibi ſacrificabo hoſtiam laudis: ꝛ nomen domini inuocabo.
Vota mea dño reddaȝ in cõſpectu oĩs populi eius: in atrijs domus dñi in medio tui hieruſaleȝ.
Glia pꝛi. Sicut erat. Alius ps.
De pꝛofundis clamaui ad te domine: domiue exaudi vocem meam.
Fiant aures tue intendentes: in vocem depꝛecationis mee.
Si iniquitates obſeruaueris domine: domine quis ſuſtinebit.
Quia apud te ꝓpitiatio eſt: ꝛ pꝛopter legem tuam ſuſtinui te dñe.
Suſtinuit aĩa mea in verbo eiꝰ: ſperauit anima mea in dño.
A cuſtodia matutĩa vſqȝ ad noctem: ſperet iſrael in dño.
Quia apud dñm miſericoꝛdia: ꝛ copioſa apud eum redẽptio.
Et ipſe redimet iſrael: ex omnibus iniquitatibus eius. Gloꝛia pꝛi. Sicut erat. Deinde repetit añt.
Ne reminiſcaris domine delicta noſtra: vel parentum noſtroꝝ: neqȝ vindictã ſumas de peccatis noſtris. Finitis ps. ꝛ aña pꝛedictis: ꝛ caligis cum ſandalijs ſibi indutis ſurgit pontifex: ꝛ detecto capite: ſtãs verſus ad altare dicit. Kyrieleyſõ. Chꝛiſteleyſon. Kyrieleyſõ. Pater noſter. ℣. Et ne nos inducas in. ℟. Sed libera nos a malo. ℣. Ego dixi dñe miſerere mei. ℟. Sana animã meam quia peccaui tibi. ℣. Cõuertere domine aliquãtulũ. ℟. Et depꝛecare ſup ſeruos tuos.

Põtifex accepti caligis ꝛ ſandalijs ſurgit ꝛ dicit. kyriel ꝛc. ſtãs verſus ad altare capite detecto.

℣. Fiat misericordia tua domine super nos. ℟. Quemadmodũ sperauimus in te. ℣. Sacerdotes tui induantur iusticiam. ℟. Et sancti tui exultent. ℣. Ab occultis meis munda me domine. ℟. Et ab alienis parce seruo tuo. ℣. Domine exaudi orationem meaz. ℟. Et clamor meus ad te veniat. ℣. Dominus vobiscũ. ℟. Et cuz spiritu tuo. Oremus.

Aures tue pietatis mitissime deus inclina precibus nostris: et gratia sacti spiritus illumina cor nostrũ: vt tuis ministerijs digne ministrare teqz eterna charitate diligere mereamur.

Deus cui omne cor patet: et omnis volũtas loquitur: et quẽ nullũ latet secretũ: purifica per infusionẽ sancti spũs cogitationes cordis nr̃i: vt te pfecte diligere et digne laudare mereamur. Alia oratio.

Ure igne sancti spiritus renes nostros et cor nostruz domine: vt tibi casto corpore seruiamus et mundo corde placeamus. Alia oratio.

Mentes nostras quesumus domine paraclitus: qui a te pcedit illuminet: et inducat in omnẽ sicut tuus pmisit filius veritatẽ. Alia oõ.

Adsit nobis quesumus domine virtus spiritus sancti: que et corda nostra clementer expurget: et ab omnibus tueatur aduersis. Alia oratio.

Deus qui corda fideliuz sancti spũs illustratione docuisti: da nobis in eodem spiritu recta sapere: et de eius semper consolatione gaudere. Alia oratio.

Conscientias nostras quesumus dñe visitando purifica: vt veniens dñs noster iesus xp̃s filius tuus: paratã sibi in nobis inueniat mansionẽ: qui tecum viuit et regnat in vnitate spũs sc̃i deus per oĩa sc̃la sc̃loꝝ. ℟. Amen. Tũ dicit pontifex.

Calcia me dñe caligas iocunditatis: et corrobora genua mee debilitatis: vt indefessus valeã p semitã mandatoruz tuoꝝ ad te puenire. Alia oõ.

Calcia dñe pedes meos in pparationẽ euangelij pacis: et protege me in velamento alarũ tuarũ. Deinde his dictis exuitur a scutiferis cappa prius dicens.

Exue me domine veterẽ hominem cum moribus et actibus suis: et indue me nouũ hominem: q̃ sm deũ creatus est: in iusticia et sanctitate veritatis. Inde sedens lauat manus: quas cũ loturus est: dignior ex ministris laicis portat in dextra manu bucale aq̃ cũ mãtili desup plicato: et sinistra manu peluim: et assistens capellanus extrahit annulos põtifici si fit opus: atqz eos seruat. Ille aũt q aquã portauit corã põtifice genu flectit: et primũ ĩfũdit aliquãtuluz aque sup labiũ peluis et eã pregustat. Interim duo ex capellanis hinc et inde genuflexi mantile qd̃ ille apportauit accipiẽtes: extẽsuz tenẽt añ genua põtificis: Tuz ille

Põtifex lauat manus sedens.

īfundit aquā:capellano assistēte
manus ad peluim apponēte:ꝛ la
uat manus:ac abstergit. Ponti
fex prius dicens.

Pōtifex dū man⁹ lauat dicit. Da domine.

Da domine virtutē manib⁹
meis:ad abstergendū omnē ma
culam imundā vt sine pollutione
mētis ꝛ corpis valeam tibi serui
re. Tum surgit pōtifex:ꝛ faldisto
riū aliquātulū retrahit̄:ꝛ a capel
lanis portant̄ paramēta hoc or
dine. Post sandalia que vt pfer
tur pōtifici sūt imposita amict⁹:
alba:cingulū:crux pectoralis:sto
la:tunicella:dalmatica: cyrothe
ce:planeta:palliū:spinule:si pal
lio vti possit ꝛ vtendū sit mitra.
Annulus pōtificalis ꝛ gremiale.
Ex his amictū:crucē:stolā ꝛ pal
liū osculat̄ pōtifex qn̄ iduit̄ ꝛ qn̄
exuit̄. Diaconus vero a dextra:ꝛ
subdiacon⁹ a sinistra stātes acci
piūt paramenta successiue de ma
nib⁹ capellanoꝝ ea apportātiū ꝛ
pōtificē iduūt:ꝛ primū:amictū ac
cipiētes:qsqꝫ a parte sua eū oscu
lādū pōtifici tradūt. Tū supra ca
put pōtificis iponūt. Deinde illū
declināt ad collū:diligēterqꝫ ob
turant collaria vestiū : circūcirca
honeste aptātes:ꝛ cordulas post
tergū ducētes:eas ad corp⁹ redu
cūt ꝛ ligāt. Pōtifice pri⁹ sic orāte.

Pontifex stās parat̄ sibus paramentis.

Epūs dū accipit amictū dicit.

Pone dn̄e galeā salutis in ca
pite meo: ad expugnandas
omnes diabolicas fraudes:inimi
coꝝ oiū versutias supando. De
inde accipientes albā iponūt pō
tifici:ꝛ diligenter eam aptant cir
ca collū ꝛ manicas ac humeros:
eo prius sic dicente.

Dealba me domine:ꝛ a deli
cto meo mūda me : vt cum his q
stolas suas dealbauerūt in sāgui
ne agni:gaudijs perfruar sempi
ternis. Accipiunt deinde cingu
lū:ꝛ a tergo incipientes cingunt:
ꝛ ante corpus ligant.eleuātqꝫ al
bā circūcirca:ita vt honeste depē
deat:tegat vestes ꝛ equaliter flu
at. Pontifice prius dicente.

Dū accipit albā dicit.

Dū accipit cīgulū dicit.

Precinge me domine cingu
lo fidei:ꝛ virtute castitatis lūbos
meos:ꝛ extingue in eis humorē
libidinis vt iugiter maneat in me
vigor totius castitatis. Diacon⁹
deinde crucē pectoralē accipit:ꝛ
eam prius osculandam pontifici
offert. Tum imponit eius collo
ita vt ante pectus depēdeat. Pō
tifice prius sic orante.

Dū iponit ei crux in collo dicit.

Munire digneris me dn̄e iesu
xp̄e ab oib⁹ isidijs inimicoꝝ oiū:
signo sctissime crucis tue:ac cōce
dere digneris mihi idigno seruo
tuo:vt sicut hāc crucē : sanctorū
tuoꝝ reliquijs refectā ante pect⁹
meū teneo sic semp mēte retineā
ꝛ memoriā passiōis ꝛ sctōꝝ victo
rias martyꝝ. Stolā deinde accipi
unt diaconus ꝛ subdiacon⁹ qsqꝫ
a latere suo:ꝛ diaconus eā circa
mediū porrigit pōtifici osculādā.
Tū eius collo iponūt vt fluāt an
te pectus:nō tn̄ eam transuersent
in modum crucis:sed recte pēde
re sināt:neqꝫ pmittant eam collū
tāgere:sed pars q̄ in medio est ali

quãtulũ fluat retro põtifice pri⁹

Dñ accipit stolã dicit. Redde mihi dñe dicente. Obsecro stolã imortalitatis: quã perdidi in ꝑuaricatione ꝑmi parẽtis: ꝛ q̃uis indignus accedere presumo ad tuũ sacrũ mysteriũ cũ hoc ornamẽto: presta vt in eodẽ in perpetuum merear letari. Tunicella deinde pontifici imponunt circa colluz ꝛ manus: diligẽter aptantes: illo sic orante.

Dñ accipit tunicellã dicit. Tunica iocunditatis ꝛ indumẽto leticie induat me dñs. Eodẽ modo induit dalmatica: ꝛ

Duz accipit dalmaticaz dicit. aptatur illo prius dicente. Indue me dñe indumẽto salutis: ꝛ vestimento leticie: ꝛ dalmatica iusticie circunda me semp. Sedet deinde põtifex ꝛ diaconus

Sedet põtifex ꝛ. Dñ ei imponũt cyrothecas dicit. dextrã. Subdiaconus sinistrã cyrothecas ei imittunt: manus eius primo ex osculantes q prius dicit. Circunda dñe manus meas mũdicia noui hoĩs q de celo descendit: vt quẽadmoduz iacob dilectus tuus: pelliculis hedorũ optis manibus paternã bñdictionẽ oblato patri cibo potuqz gratissimo ipetrauit: sic ꝛ oblata p manus nr̃as salutari hostia: gr̃e tue bñdictionẽ merear. Per dñm nr̃m iesuz xp̃m filiũ tuũ: qui in similitudinẽ carnis peccati pro nobis obtulit semetipsuz. Tũ surgit pontifex ꝛ planetã ei iponũt: ꝛ quisqz a latere suo a brachijs ad humeros reducit: ꝛ diligenter aptat ne ipediat aliquo modo brachia: ipso prius dicente.

Gen. xxvij.

Dñ ei imponitur planeta dicit. Domine q dixisti: iugũ meũ suaue est: ꝛ onus meũ leue: presta vt illud portare sic valeã q possim cõsequi tuã gratiã. Si pontifex pallio vti possit: ꝛ ipso sibi ꝑuilegia eo die sit vtenduz: postq̃ indutus est planeta: portatur palliuz ab vno ex capellanis ambabus manibus eleuatũ cõplicatuz simul ꝛ coopertũ velo. Diaconus illud accipiens: sinistrã manũ ad dextrã pallij crucez: dextraz vero manũ ad sinistrã crucez pallij habens: ꝛ crucẽ q̃ in medio est osculandã porrigit põtifici: adiuuante subdiacono qui sinistraz pallij partem accipit diaconus partem que a tergo depẽdere debet: sinistra manu eleuans: illud super humeros pontifici imponit: ita vt pars pallij dupla sup sinistrũ humeruz locet̃: ꝛ aptetur palliũ diligenter: vt humeros equaliter ambiat: ꝛ eleuationẽ brachiorũ non impediat. Inde alius capellanus portat spinulas tres gẽmatas: q̃ ruz pulchriorez diaconus accipiens infigit cruci anteriori in pectore existenti: aliaz in cruce sinistri humeri: tertiaz alius vel ipse diaconus in cruce posteriori. Spinule autem ita sunt infigende vt quelibet tertio transeat per crucẽ: tñ non perforet palliũ: ꝛ nullo modo acumẽ tãgat planetã: ꝛ gẽma q̃ in capite spinule est: sit a dextra pte ifigẽtis. Aptato pallio: aptat̃ rursus planeta circa brachia ꝛ circa colluz extrahit̃ añ ꝛ retro.

Ordo imponendi pallij archiepiscopo vel patriarche.

Accepto pallio sedet pōtifex ⁊ accepit mitrā

Sedet pontifex post hec: ⁊ diaconus accipiens mitraꝫ de manu capellani: qui illā cū mappa seruat. imponit capiti pōtificis. Subdiacono pendentes vitas eleuante. Pontifice prius dicente.

Dū accipit mitrā dicit.

Mitrā dñe ⁊ salutis galeā impone capiti meo vt cōtra antiqui hostis: oīumqꝫ inimicorū meorū insidias in offensus euadā. Portat deinde annulus pōtificalis quē capellanus assistēs manu dextra pontificis pri⁹ osculata: eius digito annulari iponit. Pōtifice pri⁹ dicente.

Dū accipit anulū dicit.

Cordis ⁊ corporis mei dñe digitos virtute decora ⁊ septiformis spiritus sanctificatione circūda. Postremo ponitur gremiale super gremiuꝫ pontificis: qui dicit pro manipulo quēꝫ postea accipit ad altare.

Dū accipit manipulūꝫ dicit. Merear qđ postea accipit ad altare.

Merear precor dñe manipulū portare mēte flebili: vt cū exultatione portionē accipiā cū iustis. Pontifice sic parato diaconus ⁊ subdiaconus accipiunt manipulos suos: ⁊ si pōtifex pcul ab altari sit: accedit ad pōtificē thuriferarius cū thuribulo: ⁊ nauicula incensi: ⁊ ministrāte assistente nauiculā: pōtifex iponit incensuꝫ put supra in vesperis dictū est: deinde pcessionaliter accedit ad altare hoc ordine.

Pōtifex bñ dicto incenso ⁊ posito ī thurribulo vadit ad altare.

Ordo pcessionis.

Primū precedit ipse thuriferarius cum thuribulo fumigante: quem sequuntur duo ceroferarij cū candelabris ⁊ luminaribus mediū habētes illū qui defert crucē: si pōtifex celebraturus archiepūs sit vel maior: aliter crux nō portatur: hos sequit subdiaconus portās ante pectus librū euangeliorū clausuꝫ: ⁊ intus manipulū pōtificis: deinde diaconus postea capellanus pluuiali indutus baculū pastoralē pontifici preferens si sit in sua ciuitate vel diocesi. Alioquin baculo vti non debet: poterit tamē ipsemet pōtifex si velit: ⁊ in sua ciuitate vel diocesi sit baculū ipsuꝫ in sinistra manu portare postremo incedit pōtifex medius inter duos canonicōs si est in eccl'ia sua: vel si assistēs est canonicus: inter ipsuꝫ ⁊ aliuꝫ ex canonicis: siue si nō sint ibi canonici: inter assistētē ⁊ diaconū: assistens a dextra: alius sit a sinistra: qui antē seruat mitrā pōtificeꝫ sequit cū alijs capellanis ⁊ clericis: ⁊ sic perueniūt ad altare. Si vero pōtifex parat prope altare: huiusmodi pcessio dimittit. Cū puenerit pontifex ad gradus altaris: firmat se: ⁊ extrahit ei mitra a diacono: q dat eā capellano: ad quē spectat eā seruare: ⁊ cōplanātur capilli pōtificꝫ cū birreto suo a diacono si sit opus: ⁊ oēs p confessione cū pōtifice dicenda se ordinant hoc modo.

Pōtifici ad altare puenienti extrahit mitra q facta reuerētia altari īcipit cōfessionem.

A dextris pōtificis erit capellanus assistens: a sinistris diaconus: ⁊ ad sinistraꝫ diaconi subdiaconus: oēs hij tres genuflexi. Cū pōtifex facta reuerētia altari cū profūda capitis inclinatione: erigens se facit cōfessionez cū ministris predictis inte

rim a choro cantat Introit⁹ subdiaconus vero cũ pontifex dixerit. Indulgentiã extrahit ex libro manipulũ: et osculata sinistra manu põtificis illũ sibi iponit: deinde preascendens ad altare in dextro cornu cuz aperto libro: expectat põtificẽ q dictis orationibus cõsuetis ascẽdit ad altare: et illud in medio osculatur: tũ versus ad subdiaconũ osculat librũ euãgeliorũ: quẽ deinde subdiaconus claudit: et tradit vni ex ministris. Vertit se deide põtifex ad cornu eple vbi offert ei thuribulũ: et iponit incensuz: vt superius in vesperis dictuz est: excepto q in altari diaconus ministrat nauiculaz: et nõ assistens. Imposito incẽso diaconus reddit nauiculã thuriferario: et accipiens ab eo thuribulũ: illud dat põtifici q icensat altare eo ordine put supra in vesperis dictũ est. Altari icensato: põtifex stans in cornu eple altaris reddit thuribulũ diacono: et ab assistẽte iponitur põtifici mitra. Tũ diaconus pfunde se inclinat: et erigens se incẽsat pontificez: ter ei ducens thuribulũ: deide tradit illud thuriferario: et capit põtificẽ p dextrũ brachiũ modeste: et subdiaconus per sinistrũ sic ducentes eũ: q primo redit ad mediũ altaris: et ibi illi cũ mitra caput inclinãdo: reuerentiã facit: tuz vadit ad faldistoriuz: vbi cũ fuerit põtifex conuersus ad altare: deposita mitra legit. Introitũ. Cuz ministris ex libro

Cũ põtifex dixerit Indulgẽtiã subdiaconus iponit illi manipulũ in sinistra manu pus ipsa osculata.

Põtifex ascendit altare et osculat ipsum et postea librum euãgeliorũ apertum.

Põtifex incẽsat altare


Imponitur põtifici mitra postq altare icensauit et Dyaconus põtificẽ incẽsat.

quẽ tenet vnus ex capellanis supra vel ante caput: assistente inueniente: et põtifici demonstrãte: deinde dicit. Kyrieleyson. etc. Quo dicto: sedet põtifex et diaconus iponit ei mitrã et gremiale sup gremiũ: ministri etiã oẽs sedent: assistens diaconus et subdiaconus erũt in loco honorabiliori: finito a choro. Kyrieleyson. In qbusdam ecclesijs fiunt laudes seqũtes et rogationes in precipuis solemnitatibus videlicet natalis domini in missa maiori: pasche et pẽthecostes dedicatiõis ecclesie anniuersario ipsi⁹ episcopi hoc modo. Precẽtor cum quatuor bonis cãtoribus et totidẽ pueris bene cantantibus immediate post Kyrieleison. Incipit alta voce.




Christus vincit. Christus regnat. Christus imperat.

Et chorus respondet idem in eodem tono. Et cantores.




Gloria nostra. Chor⁹. Chri-



stus vincit. Cātores Nūc diem.




Chor⁹ Leti ducamus. Cātores.



Sūmo pōtifici. R. integritatē fi-




dei. Chor⁹ Dñs cōseru et Cantores




Episcopū nr̄z. R. Chor⁹ De⁹ cō-



seruet. Cātores Regē nr̄z. R.




Chor⁹. Deus cōseruet istā sedē.




Cātores De⁹ ɔseruet populū chri




stianū. Chor⁹. Feliciter feliciter




feliciter. Cātores. Tēpora bona




habeāt tēpora bona habeāt tē-




pora bona habeāt. Chor⁹ supplicit rñdet.



Feliciter feliciter feliciter felici-




ter. Tēpora bona habeāt tēpo-




ra bona habeāt tēpora bona ha



beāt. Cātores. Multos annos.



Chor⁹. Xp̄s regnat in eis. Cātores.



In xp̄o semp viuāt. Chor⁹. Amē.

Et imediate surgit primū diaconus: ꝛ auferēs gremiale a gremio pōtificis illud dat vni ex ministris Tū deponit mitrā pōtifici: ꝛ ser-

uanti illã reddit: q semp post pō-
tificē esse debet surgūt interiȝ om
nes: ⁊ diaconus dextraȝ pōtificis
manū apprehēdens illū iuuat cū
surgit. Pōtifex vero stās versus
ad altare eleuatis manibus iuxta
altitudinē humeroꝝ: ita vt dex
tra manus dextrū humeruȝ: sini-
stra vero sinistrū nō transcēdat:
sed oīno equet: extēsis digitis: sed
nō seiunctis dicit: si sit dicenduȝ.
Gloria in excelsis deo. In tono tē
pori cōuenienti. Cū dicit deo. iun-
git manus añ pectus: deide legē
do cū ministris ꝓsequit̃ totū ipsū
angelicū hymnū: tū residet ⁊ dia
conus iponit sibi mitrā ⁊ gremia
le: ⁊ sedēt oēs. Cātato a choro hy
mno ṗdicto diaconus gremiale
ac mitrā aufert pōtifici vt supra: q
surgit ⁊ stās versus ad populū ele
uatis manibus vt diximus supra:
dicit. **Pax vobis.** Et in fine iun-
git manus añ pectus: deide cū rñ
det̃. **Et cuȝ spū tuo.** Uertit se ad
manū dextrā: hoc est ad latus sini
strū: ⁊ versus ad altare dicit. **Ore
mus.** Jungēdo manus: rursus il
lis separatis et eleuatis vt supra
ꝓsequit̃ orōnes: placide ⁊ distin-
te cātando. ⁊ cū ventū est ad **Per
dñm nrȝ iesuȝ xp̄ȝ** ⁊c̃. Jungit ma-
nus tenens eas iunctas vsqȝ ad fi
neȝ deide residet: accipit mitrā et
gremiale: ⁊ sedēt etiā alij oēs vt su
pra in fine orōnū vel prius si loci
distantia requirit subdiacon⁹ ac
cipiēs librū eplarū añ pectus suū:
ambab⁹ manib⁹ ab inferiori eius

Pōtifex resi
det cum mi
tra ⁊ epistola cātatur.

parte illū tenet: ⁊ facta reuerētia
pōtifici: vadit ad locū consuetuȝ:
vno ex acolytis eū deducēte: tuȝ
librū sibi ipsi tenens: nisi sit cōsue
tū pulpitū versus ad altare: facit
ṗmo reuerētiā: genu terrā tāgen-
do: deide assurgit ⁊ cātat eplaȝ: q̃
finita: rursus gēuflectit versuȝ ad
altare: ⁊ clauso libro: illuȝ repor-
tat parimodo vt venit. Cū perue
nit ad pōtificē genuflectit añ eū ⁊
ponit librū ad eius genua: supra
quē pōtifex manū dextraȝ ponit:
quā subdiaconus osculat̃: ⁊ statiȝ
pōtifex eū bñdicit. Tū surgēs sub
diaconus tradit librū vni ex mini
stris: ⁊ accipiēs missalē stās eū te
net apertū añ pōtificē: q sedēs cū
mitra ex eo legit eplaȝ. Gradua-
lia: ⁊ cetera vsqȝ ad euāgeliū idu-
siue dicēs etiā secrete añ ipsuȝ euā
geliū. **Munda cor meū** ⁊c̃. ⁊ **Jube
domne** ⁊c̃. Interiȝ oēs sedēt: nisi
opus sit ꝙ assistēs inueniat ⁊ de-
monstret pōtifici q̃ sunt dicenda.
Cū cātat̃: **Alla** vel **Tract⁹** diaco
nus oportuno tēpore surgit: ⁊ ac
cipit librū euāgelioꝝ ⁊ eū añ pe-
ctus tenet: vt fecerat subdiacon⁹
de eplario: ⁊ ꝓfunde se inclinans
añ pōtificē: accedit ad altare: gēu
flectēs añ ipsuȝ in ṗmo gradu. tū
ascēdens ad supremū planū librū
ponit sup altare in medio. Deide
genuflexus illi reuerētiā facit. tuȝ
surgit ⁊ dimisso libro super altare
redit ad pōtificē. Tū p thurifera
riū offert̃ diacono nauicula ⁊ pō
tifici thuribulū q iponit icēsuȝ: ⁊

Cātata epi
stola sbdia-
conus gēu-
flectit coraȝ
pontifice et
pōit librū su
per genua
pontificis ⁊
osculat̃ ma
num eius.

Dyaconus
accepto li-
bro de alta
ri ⁊ hita bñ
dictiōe a pō
tifice cantat
euangeliū.

bñdicit vt supra: q̄ facto reddit naviculã thuriferario diaconus reuersus ad altare: facta reuerẽtia genuflexus dicit secrete. Munda cor meũ ⁊c. Capit deinde libꝛuz ⁊ portat añ pectus: ⁊ rursus facta reuerentia venit ad põtificẽ: ⁊ ante eum genuflexus: medius inter duos ceroferarios etiaz genuflexos petit bñdictionẽ dicẽs. Iube domne benedicere ⁊c. Et põtifex dicit. Dñs sit in corde tuo ⁊c. Et in fine põtifex ponit manũ super libꝛũ euãgelioꝛũ quã ille osculat̃ ⁊ põtifex cũ bñdicit Surgens deinde diaconus cũ ceroferarijs hoc ordine ꝓcedit ad locũ vbi cãtaturus est euangeliũ. Precedit thuriferarius quẽ ceroferarij sequũtur. Tum subdiaconus: vltimo diaconus librum ante pectus sibi portans. Cum discedũt a põtifice: oẽs profunde se inclinãt. cũ vero transeunt ante altare genuflectunt. Cũ ꝑuenerint ad locũ: si ibi non est pulpitũ: subdiaconus tenet libꝛũ euangelioꝝ supꝛa vel ante caput suum. si vero est pulpitũ ⁊ cõmoditaz. subdiaconus stat post pulpitũ: ⁊ illud amplectens librum vtrinqz manib⁹ attingit. Si vero nõ esset talis cõmoditas: vt plerũqz accidit in pulpitis lapideis. Tũc subdiaconus poterit assistere ⁊ ministrare diacono oportuna: videlz porrigere thuribulum cum est tempus: ⁊ vertere folia diaconus cum tempus est: iunctis manib⁹ ante pectus dicit. Dñs vobiscuz. deide Sequẽtia sancti euãgelij ⁊c. Qd cũ dicit: facit signũ crucis cũ pollice dextre manus. primo supꝛa pꝛincipium euãgelij deinde in frõte: oꝛe ⁊ pectore ⁊ dũ rñdet̃. Glia tibi dñe. Accipiẽs thuribulũ incẽsat libꝛũ ter. ꝑmũ in medio. Tũ a dextris: deĩde a sinistris libꝛi: ⁊ reddit thuribulũ ei a quo illud accepit. Tũ iunctis manibus euãgeliũ ꝓsequit̃. Põtifex vero cũ icipit̃ euãgelium: depositis sibi gremiale ⁊ mitra per assistentẽ: surgit ⁊ iunctis manibus ante pect⁹ stat versus ad euãgeliũ. dicto euangelio subdiaconus accipit libꝛũ ⁊ illuz ad põtificẽ defert oꝛdine quo venerãt. Cũ ꝑuenerit ad põtificẽ: libꝛũ aptũ in loco euãgelij osculandũ põtifici offert. Deinde diaconus accepto Thuribulo a thuriferario: incensat pontificẽ adhuc sine mitra stãtẽ. Et notandũ q̄ si loc⁹ vbi dicit̃ euãgeliũ est ꝓpe altare. Põtifex osculat̃ libꝛũ ⁊ accipit icẽsũ añq̄ incipiat Credo vel Dñs vobiscũ. Si võ est ꝓcul: statiz finito euãgelio v̄tit se ad altare: ⁊ eleuatis manib⁹ dic̃. Credo. vel si nõ est dicẽdũ v̄tit se ad ppl'z ⁊ dicit. Dñs vobiscũ. Si aũt post euãgeliũ vt plerũqz fit in curia sit ꝑdicãdũ. Põtifex osculato libꝛo ⁊ accepto icẽso: sedet ⁊ accipit mitrã ⁊ gremiale a diacono. Tũ ille q̄ est ꝑdicatur⁹ accedit añ eũ ⁊ corãeo genuflex⁹ dicit. Iube dõne bñdi. Et põtifex bñdicẽs ei dicit.

Põtifex cũ icipit̃ euãg. stat sine mitra iunctis manib⁹ ad pectus.

Cõpleto euãgelio põtifex osculatur libꝛuz ⁊ dyacon⁹ ipsuz incẽsat.

Finito euangelio pontifex incipit credo vl' dominus vobiscum.

Dominus sit in corde tuo et in labijs tuis: ut digne et fructuose annuncies verba sancta sua. In noie pris et filij et spus sci. Pro duces sup eu signu crucis. Deinde predicator osculatur manu pontificis et petit ab eo quantu indulgentiarum debeat populo annunciare. Tum surgit: accedit ad pulpitum et exequitur officium suum. Finita predicatione expectat in pulpito predicator: et pontifex cu mitra: ac omnes alij surgunt. Diaconus vero stans iclinato capite ante pontifice cu mitra stante dicit.

Finito sermone expectat pdicator in pulpito et eps surgit stas cum mitra. Dyaconus iclinato capite coram pontifice dicit. Confiteor.




Confiteor deo oipotenti: beate marie semper virgini. beato michaeli archagelo. beato ioanni baptiste. sanctis apostolis petro et paulo. omnibus sanctis et tibi pater.

Ro dns dicit genuflectit coram pontifice. Tu surgit et cotinuat.

Quia peccaui nimis. cogitatione verbo et opere. mea culpa mea culpa mea maxima culpa. Ideo precor beatam maria semper virginem. beatum michaelem archangelum. beatum ioannem baptistam. sanctos apostolos petrum et paulum. omnes

Genuflectit iterū diaconus ꝛ surgit ꝛ sequitur.




sanctos: ꝛ te pater.

Quod dū dicit genuflectit iteruꝫ corā pōtifice: tū surgit ꝛ ꝯtinuat.



Orare pro me ad dominum



deum nostrum.

Tuꝫ predicator stans in pulpito predicto annūciat indulgentias populo dicens.

Predicator ꝓnuntiat indulgentiaꝫ.

Reuereñ. in christo pater et dominus domin⁹. N. dat ꝛ cōcedit oībus hic p̄sentibus. xl. dies de vera indulgentia in forma ecclesie cōsueta: orate deū pro felici statu sancte matris ecclesie. Deinde redit ad locū suū: ꝛ si pōtifex archiep̄s vel alias cruce vti possit: capellanus cuiuꝫ est officiū portat crucē ꝛ spacio cōgruenti ante ꝛ versus ipsum pōtificeꝫ genuflexus crucē ipsam tenet: ꝛ pontifex deposita sibi mitra etiā si cruce nō vtatur stans versus ad populuꝫ dicit in tono orationis.

Precibus ꝛ meritis btē marie semp virginis: beati michaelis archangeli: beati iohannis baptiste: sanctorū aplorū petri pauli: ꝛ oīum sctōruꝫ misereat̄ vestri oP̄s deus: ꝛ dimissis peccatiꝫ vestriꝫ p̄ducat vos ad vitā eternā. ℟. Amē.

Indulgentiā: absolutioneꝫ ꝛ remissionē peccatorū vestrorū tribuat vobis oīpotens ꝛ misericors dn̄s. ℟. Amē. Deinde bn̄dicēs populo more cōsueto dicit. Et bn̄dictio dei omnipotentis pa✠tris ꝛ fi✠lij ꝛ spūꝫ ✠ sācti descendat super vos ꝛ maneat semp. ℟. Amē. Tū capellanus crucem ad suū locū reportat: ꝛ pontifex cōuersus ad altare dicit. Credo qd̄ cū ministris submissa voce cōplet. cū peruenerit ad versiculum. Et incarnatus est inclinat se: ꝛ finito per eū Credo. sedet ipse pōtifex: accipit mitrā et gremiale a diacono: ꝛ etiā ministri oēꝫ sedent. Tuꝫ vero a choro dicit̄ versus. Et incarnatus est. Ministri oēs ꝛ alij in ecclesia existētes genuflectūt. Pōtifex vero cū mitra aliquantulū declinat de sede: profunde inclinādo caput: ita vt nō oīno genuflectat: neqꝫ oīo sedeat ꝛ sic permanet quo ad dictū sit Et homo factuꝫ est. Poterit tñ si voluerit oīno gēuflecter̄. Post hec oēs sedēt in loco suo. Dicto a choro. Et homo factuꝫ est. diaconuꝫ statiꝫ accipiēs de credētia corporale cū bursa: sine palla quā reliquit supra calicē: eleuatis manibus vsqꝫ ad oculos: facit p̄mo reuerētiā pōtifici: tū vadit ad altare: cui gēuflectēdo facit etiā reuerentiā: postea ascēdit: extrahit de bursa: ꝛ explicat corpalia: bursaꝫ vero reponit in loco cōpetēti sup altare: deīde facta rursus reueren

Pōtifex bn̄dicit pp̄lo.

Dyaconus dicto ꝛ homo factus est surgit et explicat corporale.

tia altari redit ad locũ suũ ⁊ sedet
Finito Credo. Diaconus depo/
nit gremiale ⁊ mitrã pōtifici: qui
surgit ⁊ stãs versus ad populuꝫ:
eleuatis manibus vt supra dixi/
mus dicit. Dñs vobiscuꝫ. Dein
de versus ad manũ dextraꝫ: hoc
est ad latus sinistrũ ad altare di/
cit. Oremus. Et legit offertori/
um. Tũ sedet ⁊ p diaconũ iponit̃
ei mitra: ⁊ deinde extrahuntur ei
annuli ⁊ cyrothece. ⁊ accedẽs vn⁹
ex ministris credẽtie: affert buca
le cũ aqua ⁊ mãtili ac peluiꝫ: ⁊ pō
tifex lauat man⁹: illis cerimonijs
qbus dictũ est supra. Diaconus ⁊
subdiaconus vtrinqꝫ tenent man
tile quo deinde abstergit̃ pōtifex

Portat missale ad altare in cornu euangelij.

Interim capellanus assistens cũ
primũ pōtifex legerit offertoriũ:
accipiens librũ missalẽ añ pectus
suũ: ⁊ supra illũ tenens cussinũ: as/
sociatus ab vno ex acolytis: va/
dit cũ modestia ⁊ reuerentia ver
sus altare: ⁊ cũ est ante mediuꝫ al
taris genuflectit: tũ vadit ad dex
trũ cornu altaris videlicet euãge
lij: ⁊ ibidẽ ponit super altare cussi
nũ ⁊ sup eũ libruꝫ quẽ aperit ⁊ in
uenit q̃ sunt dicẽda: deinde retra
hit se ad posterius cornu: ⁊ expe/
ctat quo ad pōtifex veniat. Sub/

Subdiaconus solẽniter portat calicem ad altare.

diaconus vero dũ pōtifex abster
git manus vadit ad credentiã: et
ibi ponit̃ ei velũ circa collũ: cuius
pars longior superabundet a dex
tra manu: tũ ponit sup patenã du
as hostias mũdas ⁊ pulchras: et
accepto calice cum patena manu
sua dextra tegit eũ palla: tũ coope
rit illũ velo quod superabundat
ab ea manu: ⁊ sinistram tenet su/
pra caliceꝫ: ⁊ sic pficiscit̃ ad altare
post pōtificẽ. ⁊ post eũ vnus aco/
lytus ampullas vini ⁊ aque por/
tãs pro sacramento. ex quibus an
teqꝫ acolytus illas ad manus ac/
cipit: dat credẽtiarijs ad pgustã/
dũ. Pontifex vero abstersis ma/
nibus resumit annulũ. Pōtifica
lem. ⁊ si quos alios vult. ⁊ surgẽs
cũ mitra: procedit ad altare. Cuꝫ
est ante gradus in medio abstra
hit̃ ei mitra: ⁊ facit reuerẽtiã alta/
ri. Deide ascẽdit ad altare: suble/
uãte illũ diacono a dextris ⁊ assi/
stente capellano a sinistris. Sub
diaconus interim ad sinistrũ cor
nu altaris videlicet epl̃e cũ calice
accedit. ⁊ post eũ acolytus cũ am
pullis pdictis. vbi cũ fuerint dia/
conus calicẽ suscipit de manu sub
diaconi: ⁊ statuit illum super alta
re. Deinde accipiens vnaꝫ ex ho/
stijs cũ ea tangit aliam ⁊ patenaꝫ
atqꝫ calicem intus ⁊ extra. camqꝫ
dat pregustãdaꝫ subdiacono: vel
sacriste si adsit. Tum patenã cum
hostia offert pontifici. ⁊ pōtifex
illam suscipiens ambabus mani
bus: tenensqꝫ eaꝫ eleuatã ante pe
ctus dicit. Suscipe scẽ pater ⁊c̃.
Et in fine faciens signũ crucis cũ
ea: locat hostiã sup corporale ver
sus medium: magis tamen ad se.
Patenam vero ponit ad dextrã
suã extra corporale. Diacon⁹ inte
rim accipit de manu subdiaconi

Accolitus portat vrceolos cũ aq̃ et vino facta pus credẽtia a credẽtiarijs.

Fit credẽtia de hostia.

Pōtifex offert hostiaꝫ sup patenaꝫ dicẽs suscipe scẽ ⁊c̃ ⁊ ponit sup corporale.

Dyaconus p̄parat calicē in oculis episcopi.

ampullā vini: quam illi acolytus ministrat: ⁊ īponit vinū in calice quantū satis sit. ⁊ id ostēdit pōtifici. Tū subdiaconus ampullā aque manu dextra p̄ferens ad pōtificē versus: capite inclinato dicit.

Subdiaconus petit bn̄dictionē aq̄.

Bn̄dicite pater reuereñ. Et pōtifex facto versus eā signo crucis dicit orationē. Deus qui humane substātie ⁊c̄. Et subdiaconus miscet paululū aque in calice: tū diaconus accipiens calicē: illū p̄bet pōtifici: quē simul ambo pontifex cū diacono tenētes ⁊ offerentes: dicunt orationē. Offerimus tibi ⁊c̄. Et in fine pōtifex facit cū eo signū crucis: ⁊ eū collocat supra corporale versus mediū post hostiā: ita q̄ hostia sit inter ipsū celebrātem ⁊ calicē: ⁊ diaconus accipiēs pallā tegit calicē. Tū accipit patenā ⁊ tradit eā subdiacono q̄ stās post pōtificē ⁊ diaconū spacio cōgruēti: extrēitate illa veli q̄ a dextra depēdet tectā manu dextra eleuatā tenet vsq̄ ad Pater nr̄. Interim pōtifex p̄sequit̄ orationes. In spū humilitatis ⁊c̄. Et alias vt in ordinario. Cū autē dixerit. Benedic sacrificiū tuo sancto nomini p̄paratū. Offertur ei thuribulū ⁊ īponit incensum vt supra: p̄ cuius bn̄dictione dicit. Per intercessionē bt̄i michaelis ⁊c̄. Ut

Incēsū bn̄dicit̄ ⁊ altare incensat̄.

in ordinario: ⁊ accipiens thuribulum de manu diaconi: ter facit signū crucis cū eo hostiā ⁊ calicē dicendo. Incēsum istud a te bn̄dictū ⁊c̄. Deinde circūfert ter ipsū thuribulū: girans illud supra oblata: p̄mo ⁊ secundo incipiendo a dextra: ⁊ tertio a sinistra: semper perficiēdo circulū: tū incensat altare vt dictū est supra in vesperis p̄sequens versiculos. Dirigatur dñe oratio mea ⁊c̄. Incensato altari pontifex in cornu ep̄le reddit thuribulū diacono dicēs. Accēdat dñs in nobis ⁊c̄. Ubi īposita

Diaconus incensat ep̄m stātē cū mitra ⁊ ei manus abluūt̄

sibi mitra per capellanū q̄ eā seruat. diaconus eū incensat: deinde pōtifex in eodē loco stās cū mitra abluit manus ministrantibus capellanis: cū diaconus ⁊ assistens sint occupati. Interim diaconus incēsat alios prelatos si adsint et magistratus: ac digniores tm̄: et canonicos ac alios bn̄ficiatos ecclesie. Cū abstersus fuerit pōtifex: extrahitur ei mitra ab eo q̄ eā seruat: ⁊ ponit̄ ad mediū supra sinistrū cornu altaris: ⁊ p̄cedens pōtifex ad mediū altaris: inclinat se ⁊ dicit orationē. Suscipe sancta trinitas. Et ea dicta osculat̄ altare p̄pe hostiā ⁊ vertens se ad sinistrā manū: hoc est ad latus dextrū ad pp̄lm dicit. Orate fratres ⁊c̄. ⁊ reuersus ad altare circulo p̄fecto: eleuatis manibus vt in primis oīonibus: dicit secretas cōpetētes. Interī tēpore estatis vnus ex capellanis poterit habere flabellū ⁊ abigere muscas ab oblatis ⁊ a pontifice: atq̄ etiā ei facere ventum: aduertat tn̄ vt ita placide ⁊ prudenter ventillet ne hostiam deturbet: neue percutiat cali-

cem: aut aliqd moueat. Finitis se/cretis: pontifex manus supra al/tare hincinde ponẽs extra corpo/rale: incipit in tono conuenienti. Per omnia secula seculo℞ ꝛc̃. Cũ dicit. Sursum corda. Eleuat ma/nus. Cuȝ autẽ dicit. Gratias aga/mus dño deo nr̃o. Jũgit man⁹ ꝛ caput deo iclinat tũ rursus eleua/tis manib⁹ ꝑsequit̃ ꝑfationem ꝛ in fine iungit manus: ꝛ submissa voce dicit cũ ministris. Sãct⁹ ꝛc̃. Interim intortitia pro sacramen/to accenduntur: que capellani pa/rati portãt: ꝛ iuxta subdiaconum se collocant: ipsum subdiaconũ medium inter se recipiẽtes. ꝛ põ/tifex ꝑsequit̃ canonẽ in quo dicit vna cũ famulo tuo papa nostro. N. ꝛ me indigno famulo tuo ꝛ oi/bus ꝛc̃. vt in ordinario: quem at/tẽte ꝛ deuote legit. cũ dicit. Qui pridie ꝛc̃. tergit paululũ sup cor/porale pollices ꝛ idices: ꝛ cũ ipsis digitis accipit hostiã: paululũq; eam eleuat. ꝛ cum dicit. Eleuatis oculis in celuȝ. attolit ꝛ ipse ocu/los. Tum benedicit ꝛ verba cõse/cratiõis distincte ꝛ reuerẽter pro/fert. mox ipse genuflexus cõsecra/tã hostiam deuote adorat. Dein/de eam modeste eleuat ambab⁹ manibus: ostẽditq; pplo adorã/dã. Tũ reuerenter eã deponit in loco suo. neq; amplius disiungit pollicẽ ꝛ indicẽ quousq; cõmuni/cauerit: neq; qcq̃ aliud tãgit pre/ter hostiã: ꝛ ꝑsequitur vt in ordi/nario. Sacramẽtũ in eleuatione

Finitis secre/tis dicit ꝑfa/tionẽ ꝛ ꝓce/dit more so/lito vsq; ad finẽ misse.

